

Portionem meam in <sup>a</sup> Bastoneco, hoc medietatem, ad basilicam domini Martinini Treveris, ubi in corpore requiescit, et vaecaria duos, cum gregibus, in ipso Bastoneco commanentes, cum familia et pecuniae eorum dare decernor.

Villa <sup>b</sup> Hogregia, quoniam germana mea Ermegundi, quondam dyacona, pro anima sua remedium ecclesiae Virdunensi dedit, et ego ipse sub usufructu per precatoria possedi, cum integra soliditate, omnibusque ad se pertinentibus, cum idem quod ibidem augmentare vel laborare potero, omnia et ex omnibus, post decessum meum, ad saepè dicta ecclesia Virdunensis revertar.

Si quis literas, aut caraxaturæ adjectionis, in hanc deliberationem meam inventi fuerint, ego feci fieri, quæ præsens volui, dum saepius deliberatione mea recurro, vel ad meam dirigo voluntatem.

Si quis contra hanc voluntatem meam et deliberationem venire attemptaverit, vel contrarium extiterit, tam de parentes, seu quilibet apposita persona, Deum habeat contrarium, et inferat lisci juribus aurum libras x, argenti pondera L. Nihilominus deliberatio mea firma stabilitate permaneat. Quam vero deliberationem meam manu propria sublberscripsi, et venerabilium virorum, seu magnificorum scribendum rogaui.

Vobis supplico, conjuro, principes et potestates, per Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, ut praesentem voluntatem et deliberationem meam, a quacumquilibet persona non permittatis convelli, aut infringere.... mutare.

Actum Virdunum, in Dei nomine.

Et adhuc mihi convenit scribendum si, pro eo

<sup>a</sup> Bastoneco, ou Bastonego, Bastogne, en allemand Basinach, aujourd'hui petite ville du duché de Luxembourg, située au milieu des Ardennes.

<sup>b</sup> Hogregia. Ce mot, qui est ici un nom de terre, semble être pris plus haut pour le nom d'un ruisseau affluent de la Chiers : *in prato secto (sito) super Caro et Hogregia*, dit un des passages précédents.

A quod ab episcopo Treverensi ipsa loca sancta, in praedicto loco Doma aut Toleio, me petente, titulata sunt, in.... farsitan exinde aliquo censo ex superscripta ecclesia Virdunensi requirere deliberat, aliud, nisi tantum ad baptismandum chrisma ab episcopo Treverensi un..... re ; et exsenium [xenium], hoc est xxxi in auro, pro ipsa clarisma ad ipsam ecclesiam Treverensem, annis singulis dissolvat. In reliqua vero, nullus exinde ausus..., nisi ubi deputatum est sanctarum ecclesiarum Virdunensi. Et reliqua intentione facta, episcopus Treverensis, aut actoris sui contra ecclesiam Virdunensem, de ipsa loca superiorius... aut contrarii extiterint, quantumcumque ad Treverensem ecclesiam, vel titulum deputavi, Virdunensis ecclesiam a hoc in sus recipiat potestate, vel dom..... Nihilominus jam dicta loca Doma, vel Taulegius, cum omni integritate vel soliditatem, ecclesia Virdunensis ut superiorius dictum est, Christo propitio, valeat possidere.

B Crimo, peccator, hoc testamentum meum, quem sponte.... devotione condedi, reliqui et subscripti.

In xpi nomine, Paulus, gratia Dei episcopus, rotatus et sup., hoc testamentum

Ego e Gislaudus, archidiaconus, rogante Grimone diacono, hoc testamentum

Hadericus, presbyter, qui et Bestilo, rogante Grimone diacono, hoc testamentum

Ego Mercoaldus, diaconus, rogante Grimone diacono, hoc testamentum

Magnaudus. Ansemundus.

Ego Erenulfus, diaconus, rogante Grimone diacono, hoc testamentum

Scripti et subscripti.

Si Hogregia ne désigne pas quelque ruisseau peu connu, c'est peut-être Etraye, près Damvillers (Meuse), ou Ozerailles, non loin de Conflans (Moselle). Etraye appartient au chapitre de Verdun jusqu'en 1790.

C Cet archidiacre Gislaud fut le successeur de saint Paul dans l'évêché de Verdun.

## DIPLOMATA ECCLESIASTICA

### SELECTA

# REGUM LANGOBARDORUM

VEL

### SUB EORUM DITIONE CONFECTA.

(Ex Muratori Antiquitatibus mediis ævi.)

I.

Felix <sup>a</sup> Lucensis episcopus monasterio sancti Frigidani confirmat quæ a Faulone donata fuerant, ac futuras oblationes eidem concedit (anno Christi 685).

Et ideo nos Felix gratia Dei episcopus, una cum presbiteri, vel diacones, seo clero, abitoris civitatis istius nostre Lucensis, qui subter subscripturi

<sup>a</sup> Hanc Felicis episcopi chartam confirmatam videtas a Cuniberto Langobardorum rege anno nono ejus regni, in appendice ad tomum primum Annal. Benedicti. Mabillonii, pag. 707. Chronologicae notæ hujus chartæ, nempe annus 13 Bertharidi, et 5 Cuniberti regum, cum inductione 13 decurrente Janua-

D sunt, unde promittimus tibi Balbino abbas, vel monachorum tuorum, ut Urmiter inibi in monasterio sancti Frigidiani resedire debeatis, et ut superiorius legitur, pro anima vel generationem jam dicti Fanloni orare diceatis tam vos, vel qui post vos fuerent, qui digne peragere valeant in eodem sancto loco sanctorum Dei. Et nunquam vos eadem pecuniam,

rio mense, si recte se habent, concordes minime sunt cum calculis Pagii, qui anno 671 Bertharidum Langobardis dominari coepisse scribit : anno vero 679 Cunibertum a Bertharido patre regni consortem renuntiatum contendit. Si anno 625 quæm indicat indicio 13 annus Bertharidi decimus tertius

quot inibi oblulit sepe dictus Faulo, umquam ullo tempore a nobis retragendum est ad aliam Ecclesiam, aut ad alium sacerdotem, nisi qui ibidem abbas fuerit, et quem volueret, si cum adibernet ipsi fructus in onorem Domini et elemosinarum fuerit, eo quod pro opes fidelium ipsas siscellas offerta est. Et si abbas de hanc luce migratus fuerit, et dormierit cum patribus suis . . . . ipsi elegerint sibi abbatem ordinandum, ipsum sibi abbatem debeant ordinare, reliquias vero dandas de ipsum co. . . . . sanctum ad consilium episcopi sine vigilia tenendum abbatii cum monaci suis; et nihil adgravetur quoquo tempore neque ab episcopus, neque ab ullo sacerdotem, nisi tantum per unumquenque annus semel in alba ad omnis sacerdotes unum prandium faciendo, sicut consuetudo fuit Ecclesie illius. Et hoc addimus in hanc paginam, si quiscumque homo Dei fuerit, sive hominem, seu equus, vel bovem, aut terra, et mancipium tam mobile quam immobile, quidquid ibidem offertum fuerit in potestatem illius abbati sint, qui in eodem loco reservare videtur, et regula custodiendum, vel monachorum consuetudinem et ordinem sanctum tenendum inab . . . . quandoque ipse presumat, nec nos, nec qui post nos venturi sunt, quia quot bene disponitur, et legibus rorboratur, oportum est perennis et futuris temporibus permanire. Et si quis contra hanc discriptiones nostre cartulam ire presumserit, Dei incurrat periculum, sicut Judas traditor, qui se laqueo suspidet, et ad judiciali reverentia reatus recidat; et cum summa dulcidinem et desideria Domini colendum Petroniaci filio nostro scrivendam dictavimus, et manibus nostris suscrispimus, ut perpetuis temporibus stavitum persistere dibeant.

Actum in civitate Lucense, sub die xiii Kalendrum Februariarum, per inductione 13, regnante domini nostri Pertharit, et Cunipert viris excellentissimis regibus, anno flicissimis regni eorum tertiodecimo et quinto, per inductione subrascripta, feliciter.

in cursu erat, et Cunibertus numerabat annum regni quintum, serius illi regalis titulus collatus fuerit necesse est. Mabilionius diploma Cuniberti supra mihi memoratum retulit ad annum 700, quo neque indicio 15 decurrebat mense Novembri, neque annus nonus Cuniberti, nisi epocham a supra laudata diversam invehere velimus: quare vescor ne depravatae sint illius diplomatis nota chronologicæ. Neque minori studio cæteri Italæ principes atque episcopi, pro peccatorum suorum remissione nova monachorum cœnobia fundarunt. Multa ex iis numerantur a Romanis pontificibus aliisque episcopis constructa, multa a principibus Beneventanis, multa demum a ducibus Fori-Julii, Tusciae, atque ab aliis Italæ magnatibus, ut reliquos prætermittam. Nonnullorum originem diplomata hic edenda illustrabunt. Attamen Langobardorum adventu ac populiatio factum est ut sæculo vi et vii monasteriorum in Italia fundationes non tam frequentes fuerint atque in Gallia et Britannia. Imo et ex iis quæ ante condita fuerant, non pauca fuere excisa, ita ut ne eorum quidem memoria supersit. Sed illa potissimum celeberrima ac ditissima monasteria evasere, quibus initium dedit quispiam aut nobilitate generis,

A Ego Felix venerabilis gratia Dei episcopus ubique Cartole cessionis nostre, postea mihi relectum est, consensi et subscripsi.

Ego Johannacis v. v. arcipresbiter.

Ego Clarus v. v. presbiter.

Ego Teuderacis v. v. presbiter.

Ego Candidus presbiter.

Ego Geminianus v. v. presbiter.

## II.

*Joannis electi episcopi Pistoriensis professio facta Balsari Lucensi episcopo, nihil juris deperitum ecclesiæ Lucensi in quamdam aëram sacram (anno Christi 700 aut 715).*

B In nomine Domini Dei nostri Iesu Christi. Repromitto tibi Balsari Deo gratia episcopus, me..... ad filio meo Johannis electus civitati Pistoriensis sacerdotibus, ut justo moderamine conserveinus feriuntatem quotiens alia inter bo..... essoris evenerat bone voluntati..... et si de officiorum.... ecclesiasticis oportet de ea, que semel fecerit, per scripto fermari, et ideo auctori Deo prometto adiuge spondeo Johannis electus civitatis Pistoriensis tibi viro beatissimo Balsari episcopus, postea quam me populus Pistoriense in loco episcopati elegerunt, recordati somus, eo quod de Deocisia at Lucano episcopus semper fuerunt, et menime potuimus foris tuo consilio episcopus predictus in ipso loco profeciscere, recorrentis nos ad orationibus petivimus licentiam, ut in eo loco episcopatio nos suscepere deveremus; si tamen ut at governazione erga Ecclesie Pistoriensis patrocinio, sic ita, ut dum advivere meruerimus, ordinationem presbyterorum, diaconorum facieundam, non nobiscum, sed tua sanctitas peragendum. Et hoc repromitto tibi dominus Balsari episcopus vel successoribus tuis, de Ecclesie, vel qui prope nos esse videtur, me numquam esse causator, neque subtrahendum da vos hoc ipse Ecclesia. \* Vel et si subtraere voluero ego Johannis per me ipsos de..... vel Cellesis Ecclesie, vel per somessione alio viu..... promessionem ire temptaverimus, componat parti ve-

D aut sanctitate vita præstans; fundatoris enim virtus, qui lares ibi ligebat, sui nominis celebritate p[ro]le gentis oblationes crebras, et ingentem discipulorum atque sodalium copiam ad se trahebat. Ita sanctus Benedictus monasterio Casinensi ac Sublacensi, sanctus Columbanus Bobiensi, sanctus Anselmus, primo dux ForoJulienus, tum circiter annum 752 fundator et abbas monasterii Nonantulani in agro Mutinensi, ut hos tantum memorem, inerodibilem iis locis famam et opes peperere. Neque signiores in ejusmodi studio fuerunt alii reges ac proceres extra Italiam. Quot, exempli causa, monachorum domicilia excitarint Carolus Magnus, ejusque filius Ludovicus Pius, Annales Francorum et Mabilioniani sat produnt.

\* Fuerunt etiam tempora, præcipue post sæculum æra Christianæ decimum, quibus propter ali quod enorme crimen, puta schismatis; immunita fuit metropolis archiepiscopis, aut diocesis episcopis, non secus ac factum civitatibus nonnullis, quas ira imperatorum seu regum antiquo comitatus jure exxit. Sed quod in primis anni advertendum, plurimis in locis, ubi insignia monachorum monasteria invaluerent, decurta olim fuit episcoporum

stre auri soledos cunctum pene causa, sed in omnibus adimpta, qualiter decrevimus, et amodo Dei incorrai judicium, et ad sagrosanclo Altario sed remotus, si ego Johannis, et cum causa vero da suprascrita reprobationem..... Quam viro reprobationem per domino genitore meo Adrohald abbas vobis suprascripte parti pars elegi, uvi et propria confirmationem vel conscriptionem mancus meis, vel sacerdotum meorum tradidi scribendum.

Actum in domo sancte ecclesie civitatis Lucensis, sub die XII Kalendarum Juniarum, indictione 13 feliciter.

### III.-IV.

*Donatio prædiorum facta ecclesiae sancti Petri in civitate Lucensi a Fortunato presbitero, ejusque filio Bonualdo presbitero, reliquum vitæ in monasterio agere cupientibus, licentia per eos petita a Teleoperiano episcopo, et Walperfo duce (anno 715).*

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Regnante domino nostro Liutprand vito excellentissimo rege, anno regni ejus secundo per indictionem undecima feliciter..... quod in terra pax hominibus bone voluntatis, etc. Ego Fortunato religioso presbiter una cum filio meo Bonuald V. V. presbiter, nus ad sancto Domini cunctum dare altario, et fragilis hic periturus relinquere, duni eum Domino meo Iesu Christi complacuerit, In loco qua natum sumus vico, qui vocatur Cassiana, uno potente consilio Deo dignum est, nus habitare in monasterio petivimus licentiam domini Talesperiani Dei gratia episcopo, et cum gratia domini Walperi duci nostro civitatis nostre Lucensis, quantum virtus animi, et ad fondamentis, fabricis, vestibulis ecclesiis constitutemus in honore sancti Petri a..... suprascripto Fortunato decrevi inter me et filii meis, ut ego pro omnibus rebus meis indefero..... prope ipsa ecclesia presbiteri modiorum duodecim, et vergatio medi loco uno prope ipsa ecclesia omnia in integrum, id est portiuncula mea in integrum ego Fortunato per mercedem et remedium anime mee offero Deo et ecclesie sancti Petri, quem mihi heredem constitui simul et ego Bonuald V. V. presbiter ipsa portiuncula mea quanta pars, qui mihi ad fratibus meis advinet, excepto campo vel vergatio, qualiter

dicitur atque dicētis. Sunt adiuc plura monasteria, sive a suis abbatis recta, sive sacerularis cleri primoribus commendata, quæ propria dicēti fruuntur, ibique tanquam episcopi, ordinum et chrismatis collatione excepta, omnia administrant. Notissima sunt Casinense, Farlense, Subiacense, Novaciense, Pomposianum, atque, ut alia omitam, amplissimum Nonantulanum in agro Mutinensi fundatum, cuius dicētis vario ac interciso cursu in plurinas parochias excurrit, in Mutinensi, Palavino, Bouoniensi, aliquaque territori, atque in Friniatum, sive Frignani provincia sitas: quas omnes episcopali jure nunc moderatur eminentissimus S. R. E. cardinalis Alexander Albanus, perpetuus abbas commendatarius. Plura ejusmodi monasteria vetusta etiam agnovit, quorum jura et auctoritas turbidissimis Italiæ temporibus exciderunt. Plura etiam prærogativa hac prædicta ostendit adhuc Germania. Quanam ratione, petas, quoniam tempore, non monachorum potentia aucta est, ut ex episcopis-

A superius legitor, quod in potestatem portionis Fortonati demisimus, omnia et in omnibus parte mea cultum adque incultum, mobile vel immobile seque semoventibus, omnia in integrum offero Deo et sancti Petri, quem mihi heredem constitui tam mobile quam immobile seu semoventibus, quidquid havere visum, vel adhuc conquerere potuerimus ab hac die firma ad ipsa sancta vertute in integrum possedeat, et umquam ullo tempore ad novis retragendum est ad alia Ecclesia aut ad alium sacerdotem, quod ad novis offertum est, nisi qui invi abbas fuerit, et quem voluerit secum havere, et si quis filii vel nepotibus nostris sine cojuve Deo servire voluerit, et regulariter vivere, ipsi fruatur in honore Domini; et si abbas de hac luce migratus fuerit, et dormieret cum patribus suis, quem monaci ipsi elegerint de eo monasterio ipso sibi aveant abba ordinatus, et si quis de novis quod ab se subsiragere volueret, vel proprio defendere, vacuus et enanis exinde exeat, et dona nostra in integrum Deo et sancto Petro permaneat conseruatam.

B Quam viro cartulam dotalium ego Sieberad a XI indigenus presbiter ex iussione domini Thalesperiani venerabili episcopo, vel ex rogatus Fortonati et Bonuald presbiter hanc cartulam dotalium scripsi et perpetui temporibus permaneat.

Actum in civitatem Lucensem sub die, et regnum, et indictione suprascripta feliciter.

C Signum manus Fortonati viri religiosi benefactori et conservatori.

Signum manus Bonualdus venerabili presbitero, benefactori et conservatori.

Signum manus Benetatao filio ejus consentientia.

Signum manus Roduald V. D. filio ejus consentientia.

Signum manus Baronte filio ejus consentientia.

Signum manus Widieu V. D. testis.

Signum manus Wileradu V. D. testis.

Signum manus Benenato V. D. testis.

Signum manus Mauricioni V. D. testis.

D Et post hanc completa cartula rememoravimus particellula nostra de Oliveto in Vaccale, ego Fortonato et Bonuald parte nostra in integrum offerimus

rum spoliis ditionem sibi propriam constituerint. Illud exploratum, non solum baptismales omnes ecclesiæ antiquis sæculis episcopo uni obtinerasse, sed etiam jus episcopis fuisse in ipsis monachos, eorumque monasteria. Quæ auctoritas multis in locis etiam post sæculum Christi decimum perduravit, donec pontifices maximi integrum monasticum ordinem sensim episcopali potestati subduxerent. Antiquissimis etiam sæculis fuerunt ecclesiæ in jure monachorum, aut ex eorum fundatione, aut ex domini fideli; quæ tamè oratoria sere omnia et capelle erant, atque illic suos clericos et rectorem abbates constituebant, quanquam ne id quidem episcoporum juri officaret, ut neque officiebat jus patronatus, quo laici multi in variis ecclesiæ fruabantur. Sed ad parochiales ecclesiæ quod attinet, arduum putemus quo præcipue tempore divelli ex episcoporum potestate, ac pleno jure ab abbatis seu monachis possideri coepit sint.

Deo et beati sancti Petri, quem novis heredem constituius.

Ego Sicherado indignus presbiter hanc cartulam ex autentico fiditer exemplavi.

## V.

*Luitprandi Langobardorum regis decretum, quo statuantur census per solvendam a Comacensibus in sale advehendo per portus Langobardiae (anno 715 vel 750).*

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Iesu Christi, die x mensis Maggi, indictione 13 Ticino, tempore Luitprandi regis, capitolare correcta a nobis cunctis sphi \* Langobardorum, vobis Lupiano venerabili presbitero, simulque Bertarenæ, Magistro militum, Mauro et Stephano comitibus, et pro vobis cunctis habitatoribus Comacio, qualiter debeatis vestrum peragere negotium homines vestri in partibus nostris, seu in modiis, quamque in preciis, simulque Ripatico, pro quod antiqua consuetudo ab actoribus nostris præferam \* judicia homines nostri pararunt. Nunc quidem Deo auxiliante remota sunt, ut pacis temporibus pars parti persfruanur. In primis porto Mantuano providimus confirmare riparios tres; et quicquid miles habuerit ad descendunt, hoc et riparii cum eis comedere debeant. Modio vero pensato libras triginta, cum quod suum peragat negotium. Decimas vero dare debeant sale modios decem et octo, et tremisse uno palo solvendum tantummodo. Item in Campo Marzio transitura debeat dare viros tremisses per singulas naves. Scaramantico vero nihil provideamus dare, sed libenter transire præcipimus. Item in porto Brixiano riparios IV instituimus secundum antiquum. Decimas vero dare debeant sale modios quindecim, et palo solvendum tremisse uno, et Modio pensato de libris triginta cum ipsa decima dare debeant. Item in porto, qui vocatur Cremona, providimus confirmare duos riparios. Decimas vero dare debeant sale modios quindecim, et

\* Vide apud Ughellum tom. IV Ital. sacer. in episcop. Cremonens. mentionem ejusmodi diplomatum, in diplomate Ludovici II Augusti anno 850, primo imperii ejusdem Ludovici, ubi milites Comacenses debitum rei publicæ, quod est ripaticum et palificium persolvere jubentur in portu Cremonæ. Qui vero Portas hic appellantur et Portora, locum significant in quo naves per Padum et alias flumina adiectæ, consistere et mercatum salis facere consueverunt. Erant autem portus Mantuanus, et campus Martius, quo nomine an portus Veronensis designetur, aliis inquietandum reliquo: tunc portus Brixensis, Cremonensis, Parmensis, et Abdus, id est Laudensis, et Placentinus. Quid ergo rectigalum pro salis mercatura pendendum foret, hic statuimus habens. Nam pro Scaramantico nihil solvebatur, quo nomine quid significatur, ignoro. Illoc unum novi, pannos fuisse olim, e quibus uestes conficiebantur, Scaramangæ appellatae. Proventus autem qui ex Cremonensi portu percipiebantur, donati subinde fuerunt episcopis illius urbis ab ipso Carolo Magno: ideoque ad hoc ipsum argumentum spectant alia duo diplomata, unum Ludovici II Augusti, et alterum Lotharii I Augusti ejus patris, eodem anno data, a quibus curavit Benedictus episcopus Cremonensis, ut eadem donatio ac privilegium confirmaretur. Ergo et hoc ipsa accipe de propria et laudato regesto Cremonensis episcopi.

A tremisse uno palo solvendum. Et qui vult snisua ascendere, debet transitura solito medio tremisse media duo. Et si venundaverit ad sex media, det tria. Nam amplius non debetur, nisi quod precia posita fuerit. Et cum quale modio venundaverit, cum ipso decimas detur, tantum est. Item porto, qui appellatur Parmisiano, providimus duos confirmare riparios. Ripatico vero et palo solitura simili munus dare providimus solidi uno, oleo vero libra una, garo libra una, piper onzas duas. Item porto, qui dicitur Addua, riparios confirmare providimus duos. Decima vero dare debeat sale modios duodecim, et tremisse palo solvendum..... Similique porto, qui dicitur Lambro, et Placentia, qualiter Adda labuerit, hoc et ipsi consequire debant seu in ripariis, quanique in decimis tantummodo".

Ego Joannes notarius hujus exempli exemplar vidi et hic subscripti.

Ego Girardus notarius hujus exempli exemplar vidi, et sententia non mutata hic scripsi, et descripsi.

Ego Sychardus Dei gratia Cremonensis episcopus das duas institutiones Comacensibus a Luitprando et a Karolo factas, ideo scribi scimus, quoniam ex eis colligitur, quod Cremonensis portus, de quo saep in suprascriptis privilegiis agitur, sit portus antiquus a Luitprando rege antea institutus, et per Karolum confirmatus: et quia de his institutionibus mentio continetur in sequentibus.

## VI.

*Judicatum quorumdam episcoporum, jussu Luitprandi regis congregatarum, ad dirimendam controversiam de quibusdam parœciis, vertentem inter episcopum Arietinum et Senensem, cum sententia in favorem Arretini antistitis (anno 715).*

In nomine Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi. Ex iussione domini excellentissimi Luitprandi regis dami conjunxissemus nos sanctissimi, b Teudaldus Vesolanus Ecclesiarum episcopus, et Maximus Pisanæ

b Theudaldus Vesolanus, id est Fesulanus episcopus hic memoratus, Ughelio in Italia Sacra ignotus, adjungendus catalogo praesulum Fesulanorum. Telesperianus quoque sive Talessperianus Luccensi episcopo restituendum est germanum nomen apud rumen Ughelium, qui ipsum Tabernierianum appellat. Præterea in eadem Italia Sacra anticipanda sunt exordia episcopatus Senensis Adeodato, cum Ughelli ad annum 722 Castrum illius antecessorem statuat, nos vero Adeodatum jam reperiimus anno 715 controversias agitantes cum Arretino episcopo. Ad hanc autem causam quod attinet, jamdudum inter eruditos disceptatum est de antiquitate Senensis urbis ejusque episcopatus, contendente Volaterrano, Leonardo Alberto, Jughurta Thomasio civitatis ejus historico, Ughelio, et aliis, Senas sive Seuanum urbem eiisque episcopos vetustate nulli concedere; et contra Johanne Villamo, Blondo aliquique tradentibus, antiquitate carere illius civitatis atque a leo episcopatus exordia. Sed jam sublata est inter eruditos ejusmodi controversia, quod est ad urbis remotam originem. Illic enim Romani coloniam deduxere, ejusque mentio occurrit apud eorum temporum scriptores. Verum quod est ad episcopalis dignitatis initium, res dubitatione minime caret. Nam qui Tuomasio ac aliis laudantur primi civitatis Senensis antistitis, certis nequaquam mitiunt litterarum monumentis. Senensis ipse episcopus Adeodatus in ea

Ecclesiae, nec non et Speciosus Florentinæ Ecclesiae, adque Telesperianus Lucensis episcopus, ad ecclesia Sancti Genesi in vico qui dicitur Walari : ibique residentes una cum misso excellentissimi domini Liutprandi regis, nomine Guntheramo notario. Venerunt in nostram pre-entiam sanctissimi viri Adeodatus Senensis Ecclesiae episcopus, et Lupertianus Aretinæ Ecclesiae episcopus, altercationem inter se habentes de diocesis, ecclesiis, et monasteriis in quibus Senensis territorii ejusdem civitatis. Id est de monasterio sancti Amiani, baptisterio sancti Stephani Haminaciano, baptisterium sancta Maria in Cosona, baptisterio sancti Johannis in Rantra, monasterio sancti Archangeli in fundo Lucu, baptisterio sancti Andreæ in Malcinis, baptisterio sancti Petri in Pava, baptisterium sanctæ Mariæ in Patna, baptisterium sancti Quirici et Johannis in vico Falcino, baptisterium sanctæ Restitutæ in fundo Uxiano, baptisterium sancti Felicis in Avano, baptisterium sanctæ Matris Ecclesiae in Misultis, baptisterium sancti Valentini in Casale Ursina, monasterio sancti Petri ad Axo, baptisterio sancti Viti in Rutijano, et sanctæ Matris Ecclesiae in castello Politiano, baptisterium sancti Viti in Vercona, baptisterium sancti Donati in Etiliano, baptisterium sanctæ Mariæ in Saltu, baptisterium sancti Viti in Prumano, baptisterium sancti Viti in Osenna. Dicebat sanctissimus Lupertianus episcopus frater noster quod ecclesiae istæ suprascriptæ et monasteria, a tempore Romanorum et Langobardorum regum, ex quo a fundamentis conditæ sunt, semper ad sedem sancti Douati Aritio obedierunt, una cum omnibus oratoriis suis ; et nostrorum, vel antecessorum nostrorum, ibidem fuit ordinatio tam in presbiteros et in diaconos, et nostra fuit sacratio semper usque modo, et nos debemus habere. Ad hoc respondebat frater noster Adeodatus Senensis Ecclesiae episcopus : Veritas est, quia ecclesiae istæ et monasteria in territorio Senensi positæ sunt : vestra ibidem fuit sacratio, eo quod Ecclesia Senensis minime episcopos abuit. Nam modo ad nos debent pervenire, quia in nostro, ut dixi, territorio esse noscuntur. Ad hec vero respondebat Lupertianus episcopus : A tempore Rotharim regis usque modo Ecclesia Senensis episcopum abuit : et nostra de ea ante a tempore Romanorum, et postea usque in odicnum diem in ipsas ecclesias, baptisteria et monasteria..... fuit sacratio et ordinatio, et in antea debemus secundum canoniam regulam habere. Quidem et missus excellentissimi domini Liutprandi regis, nomine Guntheramus, qui per ipsum Tagipert Gastaldum Senensem, ac

A per ipsos presbiteros et paumannos [F. herinmannos], veritatem cognovi, et ipsos presbiteros suprascriptarum a longo tempore antecessorum meorum, et mea usque actenus ibidem fuit sacratio. Et ecce mibi suprascriptarum de omnis istos presbiteros, qui nunc presenti vivunt, ubi obedientiam sancto Donato promiserunt, et sacramenta secundum antecessorum suorum consuetudinem prebuerunt usque ad tertio et quarto anno retro tempus, qui similiter manus suas ad sancto Donato, cui deservio, fecerunt. Et iusuper lectas epistolæ rogatorias de singulis judicibus civitate Senense, et de ipso episcopo, qui tunc erat et antecessores mens et ad me faciebatis electionem, eo quod uester territorio erat, et nobis epistolæ faciebatis, et regumandabatis, ut secundum antiquam consuetudinem ipse persone consecrarentur, quoniam nostra manebunt diocesi. Nec quisquam contra canones sine nostra permisso ibidem episcoporum audebat ordinationem facere.

Ad hæc autem omnia nos suprascripti Teudoaldus, Maximus, Speciosus, Telesperianus episcopus, una cum presbiteris nostris venerandis viris, id est Johannes, Lucipert, Rodaldus, Munichis, Sienaldus, Anselmo, Aututini, Theodore, Deuededi, adque Theodore, et reliquis sacerdotibus circumstantibus, audentes, fecimus ipsam inquisitionem et manus de ipsis presbiteris, qui nunc vivi sunt, et eorum, qui transierunt. Sed et epistola judicium Senensium civitatis, sive episcoporum Ecclesiae Senensis relegere ; ubi continebatur, quod omnis sacratio in suprascriptæ diocesis, baptisteriis et monasteriis, adque oraculis per presules sanctas Aretinæ Ecclesiae omni in tempore perficiebantur. Nam et ipsi presbiteri, quonodo ibidem custodes sunt, ita professi sunt per Evangelia et sacratione ab Aretinæ Ecclesiae episcopo suscepissent, et manus suas juxta antecessorum suorum consuetudinem ibidem fecissent, et sacramenta prebuerint, et obedientiam usque actenus impendissent, et crisma suscepissent. Ideo justum adque rectum placuit, ut si quis sancti Patres Nicci, et Ethesani, adque Calcedonensis concilii statuerunt, ut nemo in aliena diocesi non vi ingredi presumat, aut qualemcumque ordinationem faciat, sed in suis diocesis se contineat, nec statuta patrum termina transcendat. Proinde decretum per sanctorum Patrum auctoritatem, ut tu, sanctissime frater noster Lupertiane episcope, ipsas suprascriptas dioceses et monasteria cum suis oraculis abeas absque qualemcumque contaminatione habere, sicut antecessores tuis a longo tempore habuerunt ; et omnis sacratio ibidem per tuis oris labia vel successorum

ite affirmabat : « Ecclesiae istæ et monasteria, in territorio Senensi posita sunt ; et vestras (id est episcopi Arretini) ibidem fuit sacratio, eo quod Ecclesia Senensis minime episcopos habuit. » Arretinus vero episcopus Lupertianus hæc contra efferebat : « A tempore Rotharim usque modo Ecclesia Senensis episcopum habuit. » Aliquo propterea fundamento nulla deprehenditur Ilberti Benvoglienti Senensis

viri olim doctissimi opinio, qui in notis ad Senensem episcoporum catalogum, tomo III Italiæ Sacrae, novissimæ editionis, non assentatione ductus erga patrem, sed amore veritatis incensus, que supra patrem cordi esse honesto homini debet, primos episcopos Senenses, Ughellio memoratos, tamquam suspectos, aut conflictos, omittendos est arbitratus.

tuorum ibidem proveniat tam in presbiteris quamque diaconis vel subdiaconis, et baptisma, vel crisma per impositionem manuum, sicut Christianæ religionis est consuetudo, omni tempore proveniat adque fiat. Et nullam faciendi ammodo et deinceps prefatus Adeodatus episcopus, vel ejus successores, qui in tempore fuerint, contra te quem supra scriptum Lupertianum episcopum, vel tuos successores de predictis baptisteriis ecclesiis, et monasteriis cum oraculis suis, aliquando abet facundia ad loquendum, nec ad ibi fontes faciendum, nec plebes subtrahendum, nec ullam ordinationem infra ipsas dioceses, finesque eorum faciendum, sicut sanctorum Patrum instituta leguntur. Quoniam pro amputanda intentione decrevimus, ut sibi septimus cum sex presbiteris tuis, quales ipse Adeodatus eligere voluerit, prebeas tu Lupertiane episcope, et ad Euangelia sacramentum una dum ser, et dicatis; quia a quo tempore, ex quo audit sunt, habetis Romanorum et Longobardorum usque in presentem diem, in quo sumus, semper sacrationem presbitorum et diaconorum ipsarum suprascriptarum ecclesiarum ab episcopis Aretina Ecclesiae suscepserunt, et nostra antecessorunque nostrorum ibidem fuit ordinatio, quis nostra iubili mansit possessio, nec ad Ecclesiam Senensem aut episcopos ejus nunquam pertinenter, nec cum Ecclesia sanctus Donatus, nec ejus defensores perdere, aut vobis dimittere debemus. Et Euangelia adducta sunt in nostris omniorum presentia, et sacramentum ipse duxerit. Et finita intentio. Unde presentem judicatum nostrum perpetua firmitate, ne imposterum exiude inter vos aliqua revolvatur causatio, tibi, qui supra Lupertiane episcopus, per manus suprascripti filii nostri Guntneri notarii emisimus, in quo pro ampliore firmitate tua propriis manibus nostris subscrisimus; quatenus ambe partes in eadem deliberatione perpetuis beatissimam manere temporibus. Factum judicatum ad ecclesia sancti Genesii in vico Vallari, V die mensis Julii, regnante suprascripto domino nostro excellensissimo et Christianissimo Liutprando rege, anno in Christi nomine quarto, per indicio tertia decima, feliciter.

Ego Teudaldus episcopus hunc judicatum a nobis

**A** Refert Ughellius in catalogo presulum Arretinorum, Tom. I Italiæ Sacrae, diploma Caroli Magni, ubi reficitur hec eadem controversia, et episcopo Arretino causa adjudicatur. At in privilegio illo occurunt quæ non immerito suspicionem ingenerant confidet nercis, si tamen errores transferendi non sunt in Ughelliū, quem in describendis et evulgandis vetustis monumentis sēpissime necessaria diligentia desecit, cum non raro in ejus libris diplomata dissentiant ab ipsis archivorum membranis. Sed eo diplomate dimisso, nunc aio tantum eruditiois tantumque criticis artis hercle non fuisse sœculis posterioribus, ut constringere potuerint monumenta quæ ego nunc exero, nihil plane præferentia quod in historiam pugnet, imo notas omnes germanæ antiquitatis complexa. Nunquam succurisset, exempli causa, subsecutæ statim ingenitis in Liutprandi diplomi collocare Audaldu ducem, cuius hic mentio occurrit. Una veritas magnati huic in evulgato diplo-

**B** factum, adque dictatum, vel relectum subscripti.

Ego Maximus episcopus subscripti manus propria.

Ego Speciosus episcopus sanctæ Ecclesie Florentinae in hunc judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum subscripti.

Ego Telesperianus sanctæ Lucensis Ecclesie hunc judicatum a nobis factum adque dictatum vel relectum subscripti.

Ego Ansilmundo archipresbiter sanctæ Ecclesie Pisane hunc judicatum interfui, et manus mea subscripti.

Ego Rodoaldus Pisensis.

Ego Johannes presbiter.

Ego Munichis presbiter Lunensis.

Ego Deudsedi presbiter.

Ego Theodorus presbiter.

Ego Lucifer presbiter.

Ego Damianus presbiter.

Ego Lupus presbiter.

## VII.

**C** Liutprandi Langobardorum regis decretum, quo controversiam de nonnullis Parrocchis veritatem inter episcopum Arretinum et Senensem, a quibusdam episcopis et missis regalibus cognitam ac diretam pro Arretina Ecclesia et ipse confirmat (anno 715)<sup>a</sup>.

Flavius Liutprandus præcellentissimus rex sanctæ catholice Aretina Ecclesie, in qua corpus Christi confessoris et Martiris quiescit Donati, et beatissimo viro Patri nostro Lupertiano episcopo. Dum intentio borta sui set inter suprascriptum Lupertianum episcopum, et Adeodatum sanctæ Senensis Ecclesie, idemque episcopum de diocesis ecclesiis et monasteriis atque oraculis in Senense territorio constitutis: id est in priinis monasteriis sancti Ampsani, baptisterio sancti Stephani in Acciano, baptisterio sanctæ Marie in Pacina, baptisterio sancti Ipoliti in Sexiano, baptisterio sancti Johannis in Rancia, monasterio sancti Andreæ in Melcina, baptisterio sancti Petri in Pava, baptisterio sanctæ Marie in Cosona, baptisterio sancti Quirici, et Johannis in vico Palicina, baptisterio sanctæ Restitutæ in fundo Sesiano, baptisterio sancti Felicis in Avana, baptisterio sanctæ matris Ecclesie in Misulas, baptisterio sancti Valentini in Casale Visino, monasterio sancti Petri

**D** mate locum fecit. Et quidem sepulcræ illius elo-gium, Ticini adhuc vigenſ, ego edideram cap. 10, pag. 74, Antiquitat. Estens., cum hoc exordio:

Svb regibvs Ligvriæ dycatv mtenit avdat  
Avdoald armipotens, claru natalibvs ortvs, etc.

Sed quis ille fuerit, quoque tempore floruerit; ne-  
ulla quidem conjectura assequi autem potui. Nunc  
palam illi, ipsum temporibus Liutprandi regis vixisse,  
atque ex notis chronologicis epitaphii elucere pos-  
test, desiisse illius vitam anno 718. Faretur etium  
Adeodatus Senensis episcopus anno 715 cadentie,  
quo datum diploma reor, se ex jussu bonæ memorie  
apostolici Constantini in ecclesiis controversis duos  
presbyteros ordinasse. Et revera eo anno Aprili  
mense e vivis sublatu fuerat idem Romanus ponti-  
fex. Hæc impostores plerumque ignorauit, ac veteres  
tabulas dum sibi confingendas sumunt, omissa pra-  
fasciata historiæ miscent atque confundunt. MURAT.

ad Abbo, baptisterio sancti Viti in Rutiliano, et sancta Matre Ecclesia in Castello Pulliciano. Et ambae partes in nostra coniunctissimis presentia, asserebas tu, emprascriptie Lupertiane episcopi, quia ecclesiastas et monasteria cum suis oraculis per diversa vicina constituta a tempore antiquo usque modo, in quo funditus conditae sunt, semper ad sedem beati donati Aritio subjectae fuerunt, et nostra vel antecedentium nostrorum fuit sacratio tam in presbiteros quam et in diaconos, et nostra unque acutus mansit possessio, et nos debemus habere. Ad hanc replicabat Adeodatus Senensis Ecclesiae praesul: Veritas est, ut asseris, quia Ecclesia ista et monasteria atque oracula, quae in territorio Senense constitutae sunt, ab antecessoribus vestris ibidem semper fuit sacratio. Sed ideo quia Ecclesia Senensis minime pontificem abebat. Nunc autem ad nos debent pertinere. Cui et iterum replicabas, tu superius Lupertiane episcopi: Ab antiquo tempore usque ad introitum in Italia Longobardorum, ex quo Christi prædictio Tusciae finibus personavit, Sena episcopum abebat. Et post ingressum Longobardorum in Italia a tempore Rotharis regis usque acutus, semper episcopus ibidem fuit. Sed tam Romanorum tempore, quamque Longobardorum abendo et non abendo Sena episcopum, usque in presentem diem ipsas ecclesiastas, baptisteria et monasteria cum suis oraculis ad nos pervenerunt, et de nobis christi suscepimus per singulis annis, et consignationem in populo fecimus, et secundum canonicam regulam habere debemus; quia et presbiteri suprascriptarum ecclesiistarum semper, tam qui transierunt, quam et qui supersunt, sacramentum a sede beati Donati sumiserunt. Et ecce manus eorum scriptas, ubi fidem et obedientiam secundum consuetudinem Aretinæ promiserunt Ecclesiæ. Nam et de hac causa iam missus suprascripti domini excellentissimi regis, nomine Guntheram, notarius, directus est. Qui et causas cum merito tam per ipsos presbiteros et diaconos, quia sacramentum a nostra Ecclesia suscepimus, seu et per singulos arimanos ipsius Senensis civitatis inquisivit; et rei veritatem compertus usque in concilium episcoporum deduxit; id est in presentia sanctissimorum fratrum nostrorum Teudald Vesoniana Ecclesiae, Maximo Pisana, Specioso Florentinæ, atque Talesperiano Luceonis Ecclesiae episcopo; in quorum presentia, ut supra, altercavimus; et ipsi canonico ordine relata inquisitione, quam missus domini nostri fecerat, terminum posuerunt, et cum sex presbiteros meos tibi sacramentum prebui, quod ipsa diocesis ecclesiæ cum monasteriis atque oraculis suis semper ad beati Donati pertenuissent sedem, nec per legem eas perdere deboremus.

Tunc nostra extellentia una cum venerandis viris Theodoro episcopo castri nostri, et Emulino abbate, atque Seiguel, Albino presbiteris, nequaquam illustres judices nostris, qui nobiscum aderant, id est Teudald ducem, Guidal, et Gajudal, Landuari, Ausus, et Aufrit Stratores, Senonem, Rotfrid, et Ratbertum

A major dominus: hanc audientes vestram allegacionem, interrogavimus, et per Deum factorem celi et terræ, et beatum Petrum, cui Dominus ligandi solvendique in celo et in terra tribuit potestatem, adjuvavimus ipsum Adeodatum episcopum Senensis Ecclesiae, ut nobis de hac causa sine peccato fluire debremus. Qui statim eoram omnibus protervit in faciem, et ita professus est, dicens: Coram Domino non mentior, quoniam ista sæpius dictæ ecclesiæ et monasteria cum suis oraculis consecrationem et obedientiam a sede beati Donati Aretinæ Ecclesiae presul, vel ab ejus defensore habuerunt, et ibidem pertinuerunt. Nam ad Senensem Ecclesiam nihil debentur, nisi contra Deum et canonicam institutionem. Duni inter Aretinæ civitatis habitatores et Senensem populum inimicitias de morte Godoberti iudicis consobrini mei tempore glorioseissimi Ariperti regis fuisse, sic dolose ibidem ab Antecessore meo unum tantummodo annum per aliquanta oracula intra ipsa Diocia inorribiliter sacratio pervenit. Sed et anno isto, dum linea et contra justitiam causam promoverent, ex jussu bonæ memorie apostolici Constantini, et per me extra ordinem et rationem ibidem in presbiteros dnos et uno oraculo sacrificata est. Hanc igitur professionem nostra excellebit una cum jam dictis venerabilibus viris seu illustres judices nostros audientes, rectum nobis parum esse, ut qualiter suprascriptæ ecclesiæ et monasteria a longo tempore ad sedem beati Donati pertinuerunt, et in antea pertinere debeant, et omnis sacrificatio in presbiteros et in diaconos per presalem Aretinæ Ecclesiae, qui nunc est, aut fuerit, omni in tempore in eos perveniat, sicut et prefati sanctissimi Patres nostri Teudald, Maximus, Speciosus et Talesperianus episcopi per suum judicialum statuerunt. Et nulla amodo his ipse Adeodatus Senensis Ecclesiae episcopus, vel successores ejus aduersus te Lupertianum episcopum, vel tuos successores de iisis diocisiis, monasteriis et oraculis faciendam ad loquendum habere, nisi vestra in ipsis ecclesiis aut oraculis, qui sunt, aut in tempore fuerint, maneat ordinatio, nullo contradicente, sicut et antiquitus usque acutus fuit, qualiter ipse Adeodatus episcopus Senensis Ecclesiae, Warnefrid, et Agripert Castaldu ejusdem civitatis nobis professi sunt, quod vesta mansisset semper possessio. Unde et damus in mandatis cunctis judicibus et gentibus, atque suo regni nostri dictione pertinentibus, ut nullus eorum contra hoc nostrum dejudicatum aualeat ire quandoque præceptum: sed nostris, perpetuis, et infinitis presens noster iudicatus stabilis persistat temporibus.

Ex dicto domini regis per Senonem illustrum virum scripti ego Johannes notarius.

### VIII.

Judicatum Ultiani notarii ac missi Liutgrandi Langobardorum regis, Speciosi episcopi, et Walperi duci Licensis, in controversia agitata inter Talesperianum episcopum Lucensem, et Johannem episcopum Pistoriensem (anno 716).

Duni ex jussione domini preecclentissimi titu-

prand regis conjunxisse ego Ultianus notarius et missus domini regi, ad Baselicam sancti Petri locus, ubi dicitur Neure, ad intentionem, quam vertebatur inter ab <sup>a</sup> Talisperiano episcopo, necnon et Johanne id est episcopo Pistori, esset deliverandum: et jam inibi conjunxisse ego, qui supra, Ultianus una cum Spetioso episcopo, et Walpert duci, Alahis Gastaldio, et aliis singoli circumstantibus. Unde nos inquirentes per Vitalianum presbitero, a cuius ipsas diocesis a tempore Romanorum et Langobardorum fuissent, qui nobis professus est, quod ipsas Adocias semper ad parte Lucense fuissent, et qualiter Dei per Euangelium firmavit. Postea vero dicto et suprascriptus Jobannes episcopus et Ansollo presbiter ipsius Johanni, quoda Eclesias sancti Andreae, ubi est baptesimum, una cum eglisia sancti Ilierusalem nostra devenisse. Ad hec respondebat jam dictus Vitalianus presbiter: Non est veritas, nisi dum menime potera concurrere ad tantas eglisiam baptismum facere. Sic ipsas eglisas sancti Andree cum baptisterio suo, et sancti Ilierusalem tibi presentamus, ut inibi missa et haptismum facere deveris, dum usque nobis placitum fuerit, nec per lege ipsas eglisas vobis dimittere devo. Unde nos supra scripti judices degrevimus, ut presbiter Vitalianus dicere juratus, quod ipsas eglisas sancti Andree cum baptisterio suo et sancti Ilierusalem, a tempore Romanorum usque et modo semper sub jura egle-  
sie sancti Petri fuerunt, nec per lege eas vobis dimittere devo. Quidem et ipse sagramentas in nostris presentia deductus est, ut in eadem deliverationem deveant permanere. Unde hanc notitiam judegati Ebregausus notarius regi . . . . . scrivere commonuemus.

Facta notitia judegati, mense Februarii, regnante domino Liutprandi regi anno quarto, indictione XIII feliciter. (*Judicum subscriptiones desiderantur.*)

## IX.

*Teuthpaldus, Domnulus aliquae pii cives Lucenses sacrum aedem sub sancti Silvestri nomine una cum xenodochio in urbe Lucensi aedificant (circa annum 718).*

In nomine Domini Dei nostri Iesu Christi. Congru nobis auxilium est, dum hic peregrinamur carnali officium gerimus, tesaurizare nobis super terram utilia sunt, ut caro nostra mortalis, anima immortalis. Unde nos Teuthpald cum germanis meus, et Dominulum, Leonaci cum germano meo, seo et Aupald, Wilifrit, Maurinom, Teuderaci, Nandulum, Geminianu clericum, Gudiscalum, recorrentes nos omnis ad aula misericordie pro . . . . nostris, quam in hoc seculo gessimus adque gerimus, pro bamorem Dei, et redemptione anime nostre, ecclesiam ha-

<sup>a</sup> Talisperianus episcopatum Licensem regebat; Spetiosus, cuius nomen Florentinus, et Cosmus de Arena deformarunt. Florentina civitati praeferat. Illic autem vides habitum suisec judicium illud ex iussione Liutprandi regis, eique praefuisse Ultianum notarium ac missum ipsius regis, una cum Specioso Florentino episcopo, et Walpero duce Lucensi.

A fundamentis, fabricis, vestibolis, constituemus in honorem beatissimi Dei confessoris sancti Silvestri, . . . . in porta beati Sancti Petri, ubi nos vel si indigni sinedochium facere visi sumus in terra, qui novis ex nostra portionem. <sup>a</sup> Teodoraci filio quondam Leotari advinet, in qua fundamento prefata ecclesia sita est, idcirco donamus . . . . eccliesie beati sancti Silvestri fundamento ipso una cum casa que sinedochio constituemus cum corie vel orto seo omnem intrinsecus, sed et balneo, qui novis vicarie et ex comparationem advinet a domino venerabili Talisperiano . . . . nus una cum fundementum, ubi ipse balneum situs est, quamque et per unumque nostrum terra prope civitate a designato nomine, idest ego Teuthpal cum germanus B meus offerrui inibi terra modiorum . . . . Domolum terra modiorum tris in Placule inter adflos terra Duci; in Leonaci cum germano suo terra modiorum quatuor super casa Borunciuli in Macritula, et duas modios terra Maurinus in Albingo . . . . Aunuald terra modiorum tris in loco ubi Teuthpald dederit super silice: Wilifrid terra modiorum tris prope casa Waltari; Nandulo terra modiorum duo infra Lituro, et tertio modi locum ante casa Buciculi: Geminianus terra et vinea offeruit solidos quadragenta; Teudoraci pro terra et vinea solidos quadragenta, ut exinde terra et vinea con . . . . ; Gudiscalco terra modiorum duo, tris scallorum prope terram Trioni et scalillum prope terrula Liutuald; et pro vinea per unumquemque nostrum dedimus solidos decem, excepto Maurinus, qui dedit duo modia vinea in Savelliano, et Geminianus et Teudoraci, qui dedirunt predictos solidos pro vinea et terra et octuaginta solidos in auro pro dotis titulq. Et ita addidet animus nostrus, ut ad gubernandum in potentatem custodis illius Gundoni presbiteri, quem inibi cum comune consilio presbiterum ordinavimus, inveniatur esse peregrinus recipiendum, pauperis, v. dua, et orfanis consolandum, inandatum juxta regule ordine faciendum, et pro nostris facinoribus Dominum deprecandum, in omnibus et per omnia opem ujsce sinedoci, secundum priscorum Patrum traditionem Juxta ujus sententie in omnibus adimplere diveas? Et hoc addimus, ut si ipse abbas custos de hac luce eruptus est, quem inibi priorem et gubernatorem due partes ex novis una cum monaci ipsi eligerent, tertia pars ex nostris inibi . . . . ipsum abbatem ordinandum predictum officium Dei peragendum. Nam nulli nostrorum offerentium exinde in aliquo subtragator, aut ha novis minuetur, nec ulla inibi potestatem aveamus neque in ipso balneum invasionem faciendam, nec in nulla res, quas inibi ha novis offertum est, nisi in omnibus, ut predixi.

Nemini eruditorum ignotum est quae similitates ac bella diuissime viguerint inter Langobardos atque Romanos, dum Graci imperatores Romæ, nunquam a Langobardis subacte, imperarunt. Propterea opinari licet multos obices in Langobardico regno suis positos legitimas Romanorum pontificum et episcoporum auctoritatibus in ecclesiasticis negotiis.

mus, in potestatem sancti Silvestri inveniatur esse, et absque omnem . . . . contra ipsam ecclesiam agere voluerit hanc vis removator exinde violentiam, et defensor non querentis, quod in aliquo a nos perteneat, contra quam dotalii seu monusculi nostre cortule, quam nos et eredis nostris adversus ipsam sanctam Dei Ecclesiam, vel quod inibi ha- novis offertum est, aliquando spondinus esse ven- turi post facta viro dotis cartula Dei compulsione correctus.

Ego Waltari . . . . sancti Silvestri offero in integrum possidendum clausura in Colliario cum vinea et olivas seu virgarium plus minus modiorum dece, cum omnia quidquid infra ipsa clausura est cum cultum vel incultum in integrum . . . . pro peccatis sacerdos, qui inivi ordinatus est, aut futurus esset, bborare diveas.

Signum manus Teutpald V. D. donatoris.

Signum manus Teutpert fratri ejus consentientis.

Signum manus Dommuli conserbatoris.

Signum manus Leonaci V. D. autoris et conserba- toris.

Signum manus Petronaci . . . . consentientis.

Signum manus Aunuald V. D. idem conservato- ris, etc.

Signum manus Waltarini, qui hoc offeruit.

. . . . . dolf exiguus indignus presbiter roga- tus ad Waltarene ubic chartule donationis in eccl- sia sancti Selvestri vel ejusque Senodoci sicut superius legitur testi subscripti.

. . . . . ripert V. L. ubic chartule rogatus a C Waltarene a hic chartule donationis facta in eccl- sia sancti Selvestri vel ejusque Senodocli sicut superius legitur testi subscripti.

Floriprandus notarius ex autentico quantum co- gnoscere potui fideliter exemplavi absque fraude.

In nomine Domini Iesu Christi. Dum Deo juvante ecclesia beati sancti Silvestri sita fuisset ad porta beati sancti Petri, et per Cristianus hominis condita, et per dotis et donis tetulo confirmata, amor superne virtutis meum animum adcommadavet pro meis facinoribus offero ego Geminianus Deo et tibi sepe dicte ecclesie beati sancti Silvestri, id est in primis quatuor modiorum terra ad Argili super via ad Aqualonga, modiorum duas ad Tempanianu, modiorum duo de terra da Cunichis, ad Arcu modiorum duo de summo campo da sancto Martino, caldaria una ornile cum catena sumaria, hec istum predicta ecclesia quite jure ivi defendas, et nullus de heredis meus hoc ipsum monusculum exinde substragi possit, et sacerdos inivi consisteatis pro meis facinoribus Christum Domum deprecari diveas.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, regnante domino nostro Liutprandi a viro

A excellentissimo rege anno octavo, per inductionem illa feliciter. Consta, me Aufrid V. D. hanc die vendesiisse et vendedi, tradessisse et tradedi vobis Aunuald, Teutpald, Leonaci, Petronaci, Teutpert, Dommuli, Wilifrid, Nandulo, Geminiano clericu, Teuderaci, ortu meum, quem avere videor ante sancto Silvestre, qui latere tene prope curte vel orie sancti Silvestri rectu casa Domnici, vel de filio Jovanni, et in integro ipso orto vobis tradedi posse- dendum, ut ab hodierna die abeat, teneatis, et in vestra sit potestatem de ipso orto facere quod vulueritis. Unde arcepisset et suscepit a vobis Aunuald, Teutpald, Teutpert, Petronaci, Leonaci, Dommuli, Wilifrid, Nanduli, Geminiano clericu, et Teuderaci, pretium placitum et defenito capitulo auri soleadas quinquaginta, de quibus previdi vobis cartula venditionis facere, ut ab hodierna die aveatis, posse- dentis, et in vestra potestate, et sicut non erido, ut si ego aut eredis meus vos molestaverimus, aut da qualivet homine vobis defensare non potuero, spondeo vobis componere dupla conditionem; quam viro venditionis chartula Gairemund V. D. scribere rogavi.

Actum Luca, mense Martio, per inductione supra- scripta feliciter.

Signum manus Aufrid vendituri et repromissuri.

## X.

*Querimonia Julii abbatis insulæ Montis Christi cōtra Rolando comite, totius insulæ Corsicæ domino, de variis usurpatib⁹ jurium sui cœnobii (⁹ anno, ut charta præfert, 719).*

Anno dominice nativitatis septeno centesimo de- cimo nono, inductione ii: Manifesto sia a tutte persone, che lege anno et oderanno questa carta: Quando venne messer l'abate Giulio abate dell'isola di Monte Cristo, et misser Placito abate di sancto Stefano, et sancto Benedicto di Venaco dell'ordine di Monte Cristo, con li sua frati, innanzi a misser Rolando conte, per la grazia di Dio, et signore di tutta l'isola di Corsica, et innanzi a messer Giulio giudice, et innanzi a messer Joanni legato in Cor- sica, et altri boni homini, che ivi erano. Et la- mentandosi de sua possessione, ch'elli avevano in Venaco, le quali sono terminate, et per termini, che indicano li nobili signori Alberto, e misser Do- menico fratelli carnali, et figlinoli quondam misser Guidone dell'i signori de' Corsi. Et lamentaransi di Martinello del Lavatoglio di Rustichello della Selva, et de Vollelo della Bassa, et de Somello della Musto- line, di Vintello di Volivo, et di Volanduccio d'Oxi- gia, d'Andreuccio dello Merzeno, di Salvuccio dello Moieno, de Salvuccio dello Musuleo, et de Vivolo dello Quarcelo, de Bertuccolo dello Vignale, et de Zavicciu dello Zuio. Et questi huomini diceano, che

<sup>a</sup> Id est anno Christi 720.

<sup>b</sup> Chronologicæ note bene hic se habent; anno quippe 719 decurrebat indicio ii. Verum quis credit chartam tot ante sæcula vulgari idiomate scriptam? Tot alias ex hisce chartis vidimus seram antiquita-

tem præferentes, et nihilo minus corruptas, et ad posteriora tempora spectantes. Quod unum execul- pere hinc juvat, Rolandus iste comes, universæ insulæ Corsicæ dominus dicitur.

non doveano dar salvo decima alla badia de sancto Stefano de Venaco. Et questi dicti abati diceano che tutta la possessione era propria della abadia. Et questi abati appresentaro sua carta dinanzi a misser Rolando, et a misser lo judge, et a misser lo legato. Et per questo che videro et odiero, sententiaro e scapolaro quella possessione alli sopradicti abati. Et feceno comandamento, che questi sopradicti homini deggiano pagare libre cento de poni danari. Et fecero comandamento che infra tre mesi deggiano uscire fora de questa possessione sotto pena di ccc florini d'oro, et da parte di messer lo legato sotto pena de excommunicatio, che infra tre mesi ne deggiano andare con tutti li sua beni, et piu non vi deggiano entrare, salvo ad voluntate dicti abati di Monte Cristo, cum qua est la dicta abadia di Venaco. Et diseno che questi nobili signori de Corsi et sue heredi deggiano essere soi difensori, che sono padroni della decta badia.

Actum a Fogata, ubi dicitur Marcorio, presente me notario. Testes Giorgius de Campo Merli, Vivaldino de Corsi, Albertinello de Corsi, Ficone de Bosi, Ursaciolo de Petra juxta, et altri piu assai.

Et ego Nicolaus quandam Arrico notarius sacri imperii hanc chartam rogatus fui, et scripsi, firmavi, et dedi.

Et ego Leonardus quandam Laurentii notarius Domini legati, sacri imperii ibi fui, et vidi, et signum meum consuetum apposui.

#### XI.

*Pertualdus civis Lucensis ædem sancti Michaelis et monasterium constituit ac dotal, præscripta eleemosyna in pauperes (anno 721).*

In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi. Regnante domino nostro Liutprand viro excellentissimo rege, anno flicissimo regni ejus nono per indictionem quarta feliciter. Omnium Ecclesiarum conditor Christianus, etc. Undo ege Pertualdo considerans adque pertractans animum meum, dum erumpere non mea necessitate, sed Dei compulsione correcius ubi longinquo urbe viduam, pupillum et orfanum protegere pro illo desiderium complectar, liminibus beati Petri apostolorum principis Romane urbis devotum juxta placitum Deo ad propria reneatus, queque illuc Deo devotus sum, ipso juvantem, ut virtus D permiserit, opem perfici. Idcirco ego pertualdo ofero Deo, et tibi ecclesie beati archangeli Michaeli, quem a fundamentis, fabricis, vestibulis in honore Christi Domini nostri constitui prope dominicella mea, ubi cummanire videor, quam et ad ejus monasterium, idest curte cum fundamento, ubi ipse ecclesia vel monasterio sita sunt, per loca designata finis Fossato, etc., terra pertenente modiloco unum, ubi sibi abbas vel monachi inivi consistentis ortum vel pigmentario havire debeat una cum terra prope civitate ad Valle modiorum quatuor, campo ad Quinto modiorum quinque, decimas, vineas, et olivas, quemque havire videor ad sancto Pancratio, et decimas de vineas et olivas, quam havire videor de pro-

A prioro loco, qui dicitur Muriatico super sancto Petro, similiterque decimas de omnem laborem uecum, tam vinum, quam granum dedit vel mihi Dominus dederit, inivi persovere debeam ad illas vero vineas, quam nominatim decrevi, adimplire debeas ad gre-  
gis equorum, armentorum, ovium seu porcorum, omnia qui nati fuerent a Kalendas Januarias indi-  
ctione iv, in ipso sancto loco idem decimas dare de-  
beas, et terra ad Arina, qui mibi a regia potestate concessa est in integrum. De casis vero in primis in-  
monaciatico Casa, qui regitur per Sintarine, etc., pro anime mee remedium per dotis tetulo offerre visus sum, ab hoc die trado in integrum posseden-  
dum; ita ot sacerdos, qui inivi costitutas est, aut fuerit, pro meis facinoribus Dominum deprecari de-  
beat, officium peragendum, viduam, orfanum et pauperem consolandum, eginum et peregrinum re-  
cipiendum, juxta Dei preceptum, omniuin opem ferre non desinat. Et si quis de filiis meis in ipso  
sancio loco Deo servire volueret regulariter agere, nulla ei sit contradicatio, quid si minime ex legitimo-  
prolis meas inivi volueret Deo servire, et abbas qui  
inivi costitutas fueret, de hac luce migraveret,  
quem ipsum congregationem sive abbatem et prio-  
rem eligere ipse in loco, et nihil inivi meis heredi-  
bus potestatem habeas invasionem faciendi, neque  
exinde aliquid subtragendi, nisi si a qualibet ho-  
mine ipsa ecclesia vel monasterio contra justitia  
pulsatus fueret a meus proprius heredis habeas de-  
fensionem, nam non menuctus contra quam dotali-  
sè monosculi mei paginam numquam me heredes-  
meus adversus ipsum sanctum virtute aliquando-  
spondimus esset venturus, sed omnia sicut supra  
legitur inviolabiliter conservare. Quam dotali et  
monosculi mei cartula . . . . . etro nepoti meo di-  
cante genitore suo Petroni scrivere commonui.

Actum Luca.

Signum manus Pertualdum auctori et conser-  
vatori.

Signum manus Filipert filio ejus consentientis.

Signum manus Ausualdum testis.

Signum manus Radipert V. D. testis.

Ego Rachiprandus clericus exemplar fideliter  
exemplavi.

Ego Ermimari clericus hunc exemplar de exem-  
plari fideliter exemplavi.

#### XII.

*Fundatio monasteriæ sanctimonialium sancte Mariæ in-  
civitate Lucensi, quam Ursus clericus facit, constituta  
ibi abbatissa Ursa filia sua (anno 722).*

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Regnante domino nostro Liutprand viro excellentissimo rege, anno flicissimi regni ejus in Dni nomen undecimo per indictionem quinta. Dum presentis vite et transi-  
tus istius temporis, etc. Hinc itaque ego Ursus ex-  
tota mente devotionis pertractans, que prememorata-  
sunt, pro mercedem et remedium anime mee et com-  
parisonem vite eterne, edificavi ecclesia proprio in-  
territorio meo in honore sancte Dei genitricis Marie.

In qua Ursia filia men abbatissa esse constituo, una cum geruana sua Anstuda . . . . . religiosa hac monastica vitam gerent, in qua ecclesia mea pro facinora hodie in presentia civium do, donec, trado, donataque esse volo. In primis fundum meum, ubi praedicta ecclesia fundata est, cum curte et puto suo, orto, aditu, accessu, et . . . . . suo: hoc est terra modio sis; campo in Fussinglo, qui nobis in camlio advenit, medietate de vachis, et medietate de avibus in integra. Et casa Rusculi in massa Fagani, qui mihi advenit ex dono domini Aripert rege. Candido vaccario cum armento suo . . . . . mercato suo in loco Tuoilo: Sala in loco Ferroniano cum duas casas tributarias, una qui regitur per Candido, altera per Majorano, cum familia eorum, vinea, oliveto, silva peculiare, prato in ipso loco supra memorato. Et casa Areold . . . . . casas duas in Novale de morginciput mulieri mee: una, qui regitur per Friderichis, et alia per Corbulo, Godoara, ancilla . . . . . quunda pro libera, Wilpergula pro libera, Candida pro ancilla, Tinctula pro ancilla. Ut hec emnia jam dicta Dei ecclesia jure possideat, et quod adhuc ibi rem largitus fuero, firmum permaneat, et Christianis temporibus sanctarum ancillarum monasterio nuncupentur. Et post decessum Urse filie mee, Anstudi germana ejus, monasterii cura ipsa suscipiat. Et post ambarum decessum eam, que sibi congregatio eligere voluerit, ipsa in abbatis ordo succedat. Et ego qui supra Ussus clericus ab . . . . . juxta Duci voluntate in mea volo esse potestate gubernandi; nam filius meus, vel heredis meus nullam ibidem habere part . . . . . dominandi, nisi orare et benefacere. Nec nullus sacerdos ibidem habitare presumat, nisi quem ipsas ancillas Dei invitare voluerint, missarum sollempnia celebrando. Si quis contra hanc decreta meum ire quandoque presumpserit, judicium incurrat Dei, et de ipsa sancta Dei Genitricem, ana-

<sup>a</sup> Hoc chartae subscribit Talesperianus eximius episcopus. Pro eximius legendum suspicabar exiguius: episcopi certe atque abbatice sapissimi et reperiuntur humilia et exiguia appellationem suis nominibus apposuisse. Quare subscripti erit Talesperianus id cause fuit quod sine episcopi consensu nulla monasteria instituere de novo licet. Nam et iis ipsis temporibus sua episcopis Jura in virorum, sed praecepit nullum cenobia, intacta restabant; atque ad eos potissimum pertinebat in sanctimonialium mores inquirere, earumque regimini sedculo vacare, simulque regularem observantiam in illorum asceteris aut vigentem promovere, aut deperditam restaurare ac restituere. MURAT.

<sup>b</sup> Ad hujusmodi vero sacras monachorum aeras erigendas atque dotandas ut ut proclivis ex se foret ac sponte non raro festinaret pietas hominum tunc Deum querentium, altamen nefas minime erit sibi persuadere, opportunas atque importunas monachorum sollicitationes, preces atque consilia, interdum intercessisse, quibus inclinati fideles non sua tantum sed se nonnunquam offerebant Deo, novo monasterio construere: Non erant a nostris diversa illorum temporum ingenia, affectus et vota. Piissimum institutum dilatare supra multa alia holocausta gratissimum Deo putabatur, neque desiderabant in Evangelio aperia ad hanc rem hortamenta; et praeter meritos pri operis, vel tunc aliqua latens misericordia observata glorie copido impel-

<sup>A</sup> thematis subjaceat. Quam vero cartulam decretoris meo . . . . . venerabilis presbitero scribendum rogavi, et subtler pro confirmationem propriis manibus meis signum sancte crucis feci, testibusque obtuli eam roborandam sub stipulatione et sparsione, quod interpositum.

Actum Luca: diem et regnum et indictione superscripta feliciter.

Signum manus Ursini auctori et donatori, seo et conservatori, qui hanc cartulam fieri rogavit.

Ego <sup>a</sup> Talesperianus eximius episcopus, uic cartule donationis rogatus ad filio meu Ursone testi subscripsi.

Rodnald indignus presbiter rogatus ad Oratum testis subscripsi.

Rachiprandus presbiter ipsum autenticum vidi et legi, unde hoc exemplar relevatum est, in qua manu mea subscripsi, etc.

### XIII.

*Aurinandus et Godfridus Lences cives monasteriorum sancti Petri in loco Cstellione pro filio suis fundant <sup>b</sup> (anno 723).*

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi, regnante domino nostro Liutprand viro excellentissimo rege, anno ..... regni ejus undecimo, per indictione sexta, mense Januario, feliciter. Dum Deus omnipotens ..... dilium inlustre dignatus est, expansis manibus ad ejus aulam concorcentis divi ..... mistrio confortitor, ut ad illam desideravilem fontis salientor, sicut Euangelicam vos ammet dicens: Fratres mei, et amici mei, venite ad regnum Patris ..... possedite, quod paratum est vobis, et alivi: Vendite, que posseditis, et date elemosiniis, et avevitis tesaurum in celo: et sequimini me, ut sancta Jerusalem a Deo transmissa descendenter de celo, ubi lux indeficiens est, ineremor conlocari, et manuam illam celestem angelicam

lore ad hoc homines poterat. Addam quo iuc: non omnes sancti erant in sanctitatis domicilio, neque tanta sub monastica ueste humilitas et mundi contemptus vigebat, quin multi inharent ad sacras praefecturas, quas quando in propriis claustris consequendi sublata spes erat, in novis condendis anxi exquirebant. Huc referendum est capitulare regum Francorum lib. vi, cap. 140: « Ut nullus monachus, congregatione monasterii derelicta ambitionis aut vanitatis impulsu cellam construere sine episcopi permissione, vel abbatis sui voluntate præsumat. Monachi enim, ut ipse Angelus Nuceus Casinensis abbas fateretur in notis ad chronicon Casinense, et tanquam apes ex cenobiali alveario de more egressi, nova monasteria, sive dicas cellas, construere anibant. » At illis exemplis pareo, hanc in rem protinus, quod Mutinæ olim coniugit anniversio dignum. Amplissimum Nonantulanum monasterium, quinque tantum passuum milibus ab urbe distans diu in causa fuit, ne Mutinenses prope aut intra urbem aliquod aliud monachorum collegium inducerent, contenti antiquo illo ac celebri loco. At Liutprandus Mutinensis antistes, monasticum eorum propiorem habere cupiens, anno 983 ecclesiam sancti Petri Stephano presbytero et monacho concedens, novo monasterio prope vicinia urbis fundamenta præparavit, quod postea auctum et nobilitatum in hauc usque diem perdurat.

D

cum sancti et justi participes esse inveniamur. Ille **A** Itaque ego Auriand V. D. una cum Gudifrid V. D. germanus mens, tractavimus, ut de parvitalis rebus nostris novis mercidem adscriscat, et accessimus ad V. D. Thalesperiano Deo gratia episcopo, in Christo Pater nostro, ut cum ejus consilio, seu licentia oraculum sancte Dei Virtutis construere deverimus, et quamvis brevite ad fondamentis fabricis ecclesiam constituimus in honore beati sancti Petri apostoli in loco qui vocator Castellione, et parvulum munuscum ividem offerimus: id est terrola circa ipsa ecclesia modiorum sex, et in alio loco de illo latere Rinnodi loco vinea; et ad hoc nostram decrevimus voluntatem nus Auriand, Gudifrid ut filii nostri ibidem in ipso monasterio servire deveas unum filio meo Galduald religioso clirico, seo alii filii nostri, qui Deo servire voluerit, et ividem monacale vita vivere deveas. Et hoc volomus nus suprascripti Auriand, Gudifrid, ut in nostra, vel de filii nostri sit potestatem ividem sacerdotem ordinando, et post nostro decesso, quem ivi ipsi monaci de ea consecrationem eligere ipsum aveat ordinatum; et quod superius menime memoravimus duodeci forma olive, quenovis ex comparationem da Gualistolo advinet, ita ut ab hoc die firma ad ipsa sancta Vertute in integro posse-deat, et umquam ullo tempore ad novis retraendum est ad alia ecclesia, aut ad alium sacerdotem, quod ad novis offertum est, nisi qui inivi abbas fuere, et quem volere rectum abire ipsi fruator in honore Domini. Et quod ab se, si quis de novis suptragere volueret, vel proprio defendere, vacuus et inanis exinde ebeat, et dona nostra in integro Deo et sancto Petro permaneat confirmata; et cum summa delectatione Sicherad presbiter amico nostro hanc cartulam dotalium scrivere rogavimus, et perpetuis temporibus permaneat.

Actum Luca, regnum et inductione suprascripta feliciter.

† Signum manus Auriand V. D. benefactori et conservatori.

† Signum manus Gudofrid V. D. benefactori et conservatori.

† Signum manus Galduald filio ejus et Clirico, benefactori et conservatori.

† Signum manus Gaito V. D. testis.

† Signum manus, etc.

<sup>a</sup> Quod sine animadversione prætermitti nequit, Romualdus iste presbyter una cum muliere sua, id est cum uxore sua, post peregrinationem susceptam pro anima sua in partes Transpadanas, collocaverat se in loco Capannulae in monasterio sancti Petri, ibique exiguum erexerat hospitale dominum. Concedit ergo Talesperianus episcopus, qui se in subscriptione eximium nominat, non exiguum, ut usus ferebat; concedit, inquam, ut eidem sancto loco presideat tam ipse Romualdus quam etiam et presbyteria illius, hoc est, eadem quæ supra nominata est illius coniux. Qui fieri id potuerit, percontetur aliquis, simulque miretur, cum continentia votum in Latina saltem Ecclesia, vel a primis Ecclesiæ sacerdotibus prescriberetur. Id quidem verum est; at quoties viro conjugato ad sacros ordines aliqui erit aditus, tum ipse, tum ejus uxor cælibem

**XIV.**  
*Littere Talesperiani Lucensis episcopi, per quas Romualdo presbytero concedit in beneficium monasteriolum cum xenodochio (anno 725).*

In nomine Domini Dei nostri Iesu Christi. Regnante domino nostro Liutprando viro excellentissime rege, anno felicissimo regni ejus tertio decimo, inductione octaba feliciter. Constat me Talesperianus venerabilis episcopus, quia suggestit nobis vir venerabilis Romuald presbyter, et innouit nobis eo quod ante hos annus exisset de terra sua partibus Transpadanis una cum muliere sua, sibi peregrinandi pro anima sua, et conlocasset in loco, qui dicitur Capannula, in monasterio ecclesie sancti Petri et sancti Martini vel sancti Quirici. Et dum ibidem **B** in parvis substantiis habitasset, tuoc cepit sibi ibidem conquisito facere una cum presbiteria sua, casella in officio ospitalis. Et conquiret ibi terra vinea cum pretio suo. Et petivit nos, ut pro Dei amore, et fidelia servitia ipsius, quam in ipso sancto loco concurrere visus est, eum inibi in officio monastiriale confermari deberemus. Quod et factum est: sic ita et in ea ratione, ut dum alivivere merueris, tu Romualde, in ipso sancto loco, tam tu, quam etiam et presbiteria tua, qui est in ipso sancto Petro, remanseris, et qui presedere debeatis, et nulla patiatis taxatione ab alio presbitero, qui plevem tenerit in suprascripto loco Capannula in ecclesia sancte Marie. Sed volo adque decerno, ut ab hanc dies ipsa ecclesia in officio monastiriale semper maneat: et per festivitate predicti sancti Petri et sancti Martini vel sancti Quirici ad ecclesia sancti Martini in episcopio luminaria, vel quod Dominus condonaverit, <sup>b</sup> salutem adducere debeas tam tu quam vel quis postea ordinatus fuerit: et numquam nos vel posterus noster et de hanc dicto loco molestari presumat, sed volo ut cunctis diebus quietus in ipso sancto loco residere valeas. Quam beneficiis cartula Sicori notario scribere jussimus, et nos subter signum sancte crucis siccimus, et sacerdotibus tradidimus roborandam.

Actum Luca, die et regnum et inductione suprascripta feliciter.

**D** † Ego Talesperianus eximus episcopus huic cartule beneficij facti in Romuald presbitero consensi et inscripsi.

Exinde vitam profitebantur, illaque non conjux amplius, sed soror appellabatur, ut etiam pag. 95 et 148 tom. I Anecdot. Latin. exemplo sancti Paulini ostendi. Disciplina certa ecclesiastica multis conciliorum decretis inter hosce contubernium quoque interdictum. Verum ut in Dissertatione de Agapetis et Synisactis in Anecdoto Graecis, tum ex Codice Theodosiano, tum ex aliis antiquorum edictis ostendi, tempora fuere, quibus licuit presbyteria cum uxoris suis, commune adhuc tectum habere, dum ab omni commercio carnis abstinerent. Rigidiorem se præbet hac in re temporum nostrorum disciplina, et sapientius, quidem et æquius. Sed nunc querimus, non quid faciendum, sed quid factum fuerit a majoribus nostris. MURAT.

<sup>b</sup> Salutem adducere debeas, id est donum, munus, oblationem. Vide nuic uoxis illius antiquitatem.

Sichimund, etc.

Ego Demodedit presbiter buic cartula donationis facta in ecclesia sancti Petri manibus meis subscripti.

#### XV.

*Radchis abbas monasterii sancti Michaelis in Lucensi agro siti successorem sibi in eodem munere constituit Waltprandum clericum filium Walperti ducis (anno 728).*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Regnante domino nostro Liutprand, anno felicissimi regni ejus sextodecimo, per inductione undecima feliciter. Radchis venerabilis abbas presbiter tibi dolcissimo et in Christo filio Waltprand clericus filio domini Walpert gloriose duci salutein. Manifestum mihi est, et mulitorum claret, quod ego Radchis una cum bone memoria Ansfred germanus meus monasterio sancti Michaelis a fundamenta edificare visi sumus hic in loco, cui vocabulum est Apuniano; et qualiter superscriptus Ansfred germanus meus medietatem omnibus rebus substantie sue ivideam per dotis pagina cunctulit, simol et ego memoratus Radchis meam parte in integro idem per predictas dotis fermavi. Nunc vero recolor ego hanc Radchis fragilitas seculi istius: ideo bona mente et spontanea voluntatem vlo adque decerno, ut tu nominatus Waltprand ipso sancto Dei monasterio beati Michaeli cum omnia et in omnibus ivideam pertenentem ad gubernandum, et regendo in tua sid potestatem, quatenus ad te, et parentibus tuis omni tempore ipse venerabilis Dei monasterio ab omni controversia seculari defensatus esset inveniatur; et tu dolcissime, et in Christo filio, Waltprand sic in ipso monasterio guvernare et regere diveas, ut omni tempore in omniibus melioratas, et non in luminariis vel officio depereat; et post obito meo omnia, et in omnibus, sicut dixi, ipse sancto monasterio, et omnes per ivideam pertenente in tua defensionem et dominio valeat permanere. Et dum ego superius nominatus Radchis advivere meruero, omnia res ipsa cum predicto monasterio guvernando et regendo, in mea sid potestatem. Post obito vero meo tu ivideam dominus et gubernator esse inveniaris, et familiola sancti Michaili, qui post me remanserit, tu eos regere guvernare diveas hic in ipso Dei monasterio, ut non in errore vel aliqua deceptionem post me remaneant: et deinceps sicut in superscripta dotis a me Radchis, et bone memoria Ansfred germano confirmatum legitur, in tua Waltprand potestatem permaneat. Et nullo tempore a novis posterus nostris hec sicut superius valeat molestare. Et servos vel ancilla, quod pro anima mea libertari voluero, volo ut live- riam aveat potestatem, et firmando libertatem, et quoniam per cartula quam firmitatis mei cartula Eoin notario et in Christo filio meo scrivendo rogavi, in qua ego subter signum sancte crocis firmans, et testibus obtuli rovorando subscriptionis.

<sup>a</sup> Gasindii iudem suisse videntur atque Cardings apud Gothos Hispanice dominantes, quorum mentio est in Legibus Wisigothorum, et in concilio Toletano

A Actum in superscripto loco Aponiano, regnum ei inductione superscripta feliciter.

† Signum manus Radchis venerabilis abbas presbiter qui ipso firmitatis monimenta fieri rogavit.

Ego Talesperianus eximius episcopus, buic cartula donationis facta ad Radchis presbiter in Waltprand clericu, sicut superius legitur ad confirmando subscripsi.

Ego Sichimundus venerabilis presbiter rogatus ad Radchis venerabilis, in hanc donationis cartula facta in Waltprand clericu, sicut superius legitur, ad confirmando subscripsi.

Signum manus Teutpald V. D. Seavino, testis.

Ego Taifred presbiter rogatus ad Radchis presbiter in hanc cartula donationis facta in Waltprand abbate, proprias manus meas subscripsi.

Signum manus Raduald filio Guntifred, testis, etc.

Ego Gaudentius indignus presbiter, notarius sancte Ecclesie Lucensis civitatis, quantum in autentico invenire potui, sine fraude vel dolo exemplavi, cumplevi, et dedi, nec menime scripsi.

#### XVI.

*Fundatio zenodochii in pomerio Lucensis urbis facta a Sichimundo archipresbytero Lucensis Ecclesie, ac tribus <sup>a</sup> gasindii Liutprandi regis, Ticini (Anno 729).*

Regnante domino nostro Liutprand, viro excellensissimo rege, anno pietatis ejus octavo decimo, sub die xv Kalend. Januar., inductione tertia decima. Oraculo sanctorum Christi confessorum Secundi, Gaudentii atque Columbani, quod Deo juvante extra muros civitatis Lucensis, loco ubi dicitur Apulia, edificare disponent, ubi et diaconia in susceptione peregrinorum fieri exoptant, Sigemund venerabilis archipresbiter ejusdem Ecclesie Lucensis, seu Theutpert, et Ratpert, atque et Godepert VV. MM. Gasindi regis, illi quondam Gunduald, presentes presentibus dixerunt: In Evangelio Redemptor humani generis, etc. Quapropter nos Deo inspirante juxta propriam voluntatem et vota ipsum sanctum oraculum edificare disponimus in superscripto loco et diaconia in susceptione peregrinorum, nos superscripti germani Tehutpert, Ratpert, et Godepert, pro remedio parentorum nostrorum, atque nostra mercede, ex terra nostra, quam in ipso loco Apulia habemus, in tabula una recipiente modiolas duodecim, in qua terra, etc. Ego autem Sigemund archipresbiter una cum auctoritate et consensu germani et domini mei Talesperiani episcopi, et nostra propria pecunia pro nostro remedio, offero et dono in prefato sancto loco, et terra nostra ad Runco de Casale, quod dicitur Sindoni in pezza una recipiente modiolas, etc. Ita ut cum exinde Christi perciperint pauperes, Domino gratias referant, et nobis proveniat ad remedium. Ipsum vero zenodochium dum ego qui supra Sigemund presbiter advixero, in mea sit potestate, etc. Et confirmationis nostre paginam Magno notario

xiii. Eo nomine optimates seu palatini viri, Certigiani, significabantur; evque sensu et Gasindii vox usurpatur.

**sancte Tieinensis Ecclesie ex jussu Benedicti venerabilis subdiaconi, et Exopt. Ticin. scribendum rogavimus, et subter confirmantibus testibusque obtulimus roborandum.**

Actum Ticini.

Ego Sichimund W. presbiter huic cartula donationis a nobis facta subscripsi, et testibus optulimus.

Ego Thentpert V. M. huic cartula donationis a me et germanis meis facta relegi et suscripsi, et testibus obtulimus roboranda.

Ego Gudepert, qui nomen suum scripsit, et hanc cartulam fieri rogavit.

Signum manus Roduald gasindi regi, filio quondam Rudpaldi, testis.

Ego qui supra Magnus notarius sancte Ticinensis Ecclesie, scriptor hujus cartule donationis, post triduū complevi et dedi.

Ego Ospraud subdiaconus, notarius sancte Licen-  
sis Ecclesie, quantum in antenticum inveni, nec plus addidi, nec memine scripsi.

### XVII-XIX.

*Oblatio aliquot fundorum facta a Sichimundo archipresbytero Ecclesie Lucensi sancti Petri (anno Chr. 740).*

In Dei nomine regnante domino nostro Liutprand, et Helprand Deo juvante regibus anno regni eorum Deo propitiantem xxxii et Quinto mense Februarii per inductione octava feliciter. Sichimundus venerabilis arcipresbyter tibi Ecclesia Dei adque beato sancto Petro patrō meo p. p. sal. di. Duum enim vel si indigam Sichimund ex infantia devotus desiderans Domino Jesu Christo vel ejusque liminibus primitis queam modo deserbere unacum ejus clementia tractavi ut de parvis rebus substantiola mea vel adquisitudo me quamvis in modico meo ante tribunal eterni Judicis salvare possim. Odie in Dei nomine ego qui supra Sichimund arcipresbyter per banc dotis titulo offero Deo adque beatissimi sancti Petri, ubi ego quamvis indignus ex infantia deserere visus fui, idest parte meam de casa hic prope Sizice ubi cummannire videor, cum solamento vel cum omnia adjacentia sua, cum movile vel immobile, seo semoventibus, omnia usitilia alia, sciera pannis tam pannis, erauen, vel auricalco, codicis, vel omnia quidquid in meo dominio esse videtur, tam horto, fenile, casas massaricias cum omnia ad se pertinente, cum familias suas, cum territoriis cultis et incultis, quod a me ubique pertinere videtur, simili et terra vaccua hic prope civitate, meam vinea, cum silvis vergariis, castanetis cultis et incultis moenia vel immovilia, serbis, vel ancillas, omnia et in omnibus que ex..... parenti advinet, seo quem per qualivet..... cunquire potui. Similiter et res illas qui fuerit quoniamdā find..... advinet per conjugē mea Auria tam cases, terra, vinea, oliveta cultis et incultis, omnia et in omnibus jam dixi, etc. Et post transito vero meo si quod superius in eodem tenure posse deat ipsa sancta..... et sacerdos qui iudicem deserberet pro me Dominum exorare deveat, et lu-

A minaria sanctorum Del faciat, et missarum, etc. et Gaudentius quamvis indignus presbyter scrivere ro-  
gavi, et subter signa sancte croci feci, etc. Actum Luca, regnum, et inductione suprascripta feliciter.

Ego Sichimund venerabilis arcipresbyter in hac facta Domino et sancto Petro sicut superius legitur propria manus mea subscripsi et firmavi.

### XX.

*Autonda et Natalia sorores monasterium monialium in civitate Veronensi fundant, atque illud sub regi-  
mine abbas sanctae Mariæ ad Organum constituant (anno 746).*

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Regnante excellentissimo viro adque piissimo domino Ratechis rege, anno regni ejus primo per inductione xii feliciter. Oratorio semper virginis et Dei Genetricis Marie, que intra domum cella nostra Veronense sito in civitate construere visi sumus simul cum Nazario connato et Jogali nostro Autonda et Natalia germanas pro utili Christi ancillas, presens presentibus dixi : Dominus ac Redemptor noster Jesus Christus et admonentibus nos ad gremium sanctæ Marie eccliesie redire ortatus est, et dulci uberum, qua pri-  
mus admirerat parentes, ubertim fluentia sacrae communiasset dicem : Venite, saciamini : et qui non abetis precium, venite; bibite in letitia, sub tali vero tenore aut condicione : convertimini ad me, et con-  
vertar ad vobis; et si conveneris, quesieritis me, ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filios, dicit Dominus. Et per semetipsa clamat Veritas, et redeneo nostra Jesus bonus : Petite et accipietis. Que-  
rite et invenietis. Iustitiae et aperietur vobis. Et quia nob̄ nostra neglegentia usque undecima hora clausa est janua vel sero venientibus, petimus remissa de noxis. Hanc igitur rationem conpunctas nos, que supra, Autonda et Natalia germanas, cum consensu etiam Nazario Connato et jogali nostro non de nostra merita, sed de Jesu Christi misericordia fidentes, qui et proficito exoratus eloquio dicens, nolo morte pec-  
culoris, sed convertatur et vivat : Previdimus in au-  
toritatem domine nostre sanctissime virginis Marie intra domo cella nostra monasterium construere, in eo et regulariter secundum Domini fuerit voluntas convivere disponimus. Item omnem nostram sub-  
stantiam quicquid habere videmur, ibidem offerimus : idest in primis casa ubi ipse oratorium est fundatus, et alias casas, curte, orto intrinsecus, foris terris, vineis, colonicas, pradis, paucis, nubilibus, montibus, servis, ancillis, peculia omnia, sesequo moventibus, cultu et incultu, ere, ferro, utensilia quicquid nunc possidere videmur, aut in antea aquiri-  
tere et laborare potuerimus. Eo scilicet ordine, ut si nob̄ Dominus alias sorores dederit, et congregatio monacharum istis facta fuerit post obitum nostrum exinde ipsas sibi elegant matrem spiritalem, que eas secundum Dominum et sanctam regalam soveat ad quo gubernat, et cunctam nostram substantiam regulari-  
ter disponendi in ipsius abbatisse vel sororum per omnia permaneat potestate. Et si congregatio die

Sicut non fuerit, post obitum nostrorum omnis pecunia nostra sit in potestatem ecclesie sancte Marie sita foris portam Organi, et abba qui pro tempore fuerit, ipse disponat de officio vel luminaria sancti oratorii, et de pecunia nostra, quid a fratribus, vel quid ad pauperibus, seu famulis, qui cum ipsam pecuniam laboraverint, debeat pertinere. Defensionem vero vel admonitionem sancti monasterii volumus abere ad monasterium sancte Marie foris porta jam superius memoratum, seu Andrea venerabilis presbitero et abbati; ea condicione, ut si aliquid discordia inter sorores fuerit exorta, quam non possimus per nos evellere, tunc abba per semetipsum, aut Deo timentem personam ipsum mali debeat monendum et corrigendum amputare, nam nulla nobis aut sororibus contra regulam violentia imponere audeat, neque per se neque per successores ejus, sed abbatis, que pro tempore fuerit, semetipsum et monachas suas disponat. Et quod absit post discessum Andrei abbati, qui in tempore fuerit abba, aliqua contra regulam vel sanctis canonibus dominacionem aut forciam imponere quesierit, qua ipsas non possit, tunc elegat sibi abbatissa cum sororibus defensionem vel admonitionem sancti Zenonis nutritoris nostri, seu presulis, qui in tempore fuerit: sub eorumque ordine, sicut superius est scriptum, ut nulla eis violentia aut dominacio contra regulam imponatur. Nam nos predicti Andrei abbati, dum ipse advixerit et defensionem et admonitionem sive iater sorores, seu de alias causas; si nobis emerserint, elegamus, ut ipse nobis pater atque defensor existat. De filia vero et Nepte nostra Nazirimda statuimus, ut sit monacha, et cum aliis sororibus sic adunata fuerint, regulariter vivant; quod si in hoc factum non fuerint, et ipsa post nostrum remanserit obitum, abba, qui pro tempore fuerit, aut successores sui provideat secundum Deo, qualiter ipsa in Dei servicio permaneat. Et ex pecunia nostra in quantum illis sufficiat vienus adque vestitus procurrat, quatinus sine necessitate vivant. De servos vel ancillas nostras ita discernimus. Omnes liberi et liberi sint: et abeant per caput mundio tremissis singulas; in ea vero rationem, ut dum nos advixerimus, nobis deserviant: post nostrum vero dicesum, si sororis, que nobis successerint, aut forte abba, si ipse defuerint, aliqua eis violentia inferre voluerint, que ipsi portare non possint, dent mundio per capud tremisse unum in ipsum sanctum locum, et vadant soluti ab omnibus ius patronati, ubi voluerint. Hec omnia superius comprehensa jam, ut premisimus, inconvulsa statuimus permanere. Quam vero ordinacionis nostre paginam Bonoso archidiaconus sancte Veronensis Ecclesie scribere rogavimus, et per nosmetipso, seu testibus corroboravimus.

<sup>a</sup> Qui vetustum autographum descripsit, notas chronologicas ex oscitania vitavit, scribens: Anno felicissimi regis (pro regni) nostri tertio decimo, inductione xv. Non tertio decimo, sed tantum tertio primigenia membrana pretulerit. Et revera anno 747 decurrebat annus 5 Rachis, ut ex aliis ejus

A Acto in civitate Verona, die xv mensis Magii, regnum, et indicio supra scripta feliciter.

Signa eorum, qui in otonato manus posuerunt: in primis Auteonda et Natalia, que ipsa cariola fecerunt.

Sigibert episcopus.

Giselpert dux.

Curerat presbyter.

Auderat filius Conda Wibiloni.

Sigelais filius Sigerat.

Azo filius Conda Raziloni.

Kadoin filius Conda Tatoni scriptis.

## XXI.

*Decretum a Rachis Langobardorum regis, per quod fines decernit aliquot praediorum ad monasterium Bobiense spectantium (anno 747).*

Flavius Rachis viro excellentissimo Rego monasterio beatissimi..... Petri et Christi confessoris Columbani, sito in Bobio, et venerabili viro Anastasio..... congregationi ipsius monasterii. Manifestum est, quod ante hos annos tempore..... Domini Liutprandi regis vobis subtractum est in aliquod fine nostro turi..... per Liutpranda in suprascriptum coenubium relaxatum est, et in aliquo in ipso..... a Medianensi in loco, qui dicitur Nocicla. Ideo accedentes inibi missi nostri..... cum Gisilpert Waldeman inquirentes per Silvanos nostros, id est Otonem et Rachis..... veritatem, et renovantes signa et cruces cum clavos ferreos adfigentes simul, et ti..... ipsos Medianenses: id est prima cruce in ripa de flvio Nure in Fao, deinde in se..... qui stat in prato usque in terminum, qui inibi fixum est a Nocicla, et deinde usque in aliu..... semitam, quod fixerunt Rachis et Oto Silvani in presentia ipsius Gumpert: deinde per..... in via publica, et per ipsam viam ascendentem in fuso: deinde ex transversum descendente in..... Gambaro et Molino ipsorum; et deinde iterum ascendente ipse fine usque in cruce, que fixerunt in..... raro suprascripti Silvani nostri Oto, Rachis, et Pasca: ius in via publica inter fine Turio et Alpe nostra Carebalo per jussionem de ipsis missis nostris; et iterum de alio latere per fluvium ipsum Nure ascendente per aquam et loca designata inter duas mojolascas exeunte ad Lacoraria et capanna Gajaria usque in Faa signato et fine ista, et qualiter superius legitur, Silvani nostri, id est Oto et Rachis, per Evangelia firmaverunt in suprascriptorum presentia. Unde inquisitio per suprascriptios missos, id est Gumpert, Gisilpert, atque Gaideris notarium facta est. Propterea sperastis ab excell. regni nostri, quatinus haec omnina superius dicta, qualiter fine deliberata est, adsignata vobis per nostrum praeceptum judicata firmare deberemus. Nos vero ob Dei intuitu hoc serenitatis nostrae praeceptum vobis emitui

chartis didici, et recte statuit Pagius in Critic. Baron. anno 744. Pistorii chartam vidi scriptam die 8 Septembrio, regnante domino Rachis vir excellentissimus regum, anno quarto per inductione ii, hoc est anno Christi 748 inchoata, ut credere juvat, inductione nova eo ipso mense. MURAT.

præcepimus, firmantes in vos omnia, qualiter superius legitor, aut qualiter ipsi missi nostri inquisierunt, et signa ponere fecerunt: quatinus ab odierna die securi possideatis. Et nullos dux, comes, gastaldius, vel accionarius noster, contra hunc nostrum judicati et firmitatis munimen audeat ire in quandoque, sed omni in tempore firmum permaneat.

Ex dicto domini regis per Sisinnium notarium scripti ego Gauspert.

Datum in curte Carbonaria, v die mensis Augusti, anno felicissimi regis nostri tertio decimo, indicatione xv.

### XXII.

*Fundatio monasterii monialium, et xenodochii a sancti Petri Pistoriensis, per Ratfridum filium Guillichis facta (anno 748).*

In nomine Domini. Die octavo mense Septembrio, regnante domino Raebis vir excellentissimus regem anno quarto, per inductione secunda feliciter. Ratfredi filius quondam Guillichisi sperave in me divina potentia, dum complexus rejaceret in infinitate . . . . sine fine, ubi sues non effodiunt, nec furantur, ut illa voce audire merear, quia Dominus noster Jesus Christus ac Redemptor omnium in se

Sed quando nobilis monasterii sancti Petri Pistoriensis injecta est mentio, lectoribus non ingratum fore puto, si celebrem et perquam peregrinum ritum oblationi et ego eripiam, qui olim ibi obtinuit, sed proximis tamdem temporibus exolevit. Ubi novus Pistorii episcopus civitatem primum ingrediebatur, universo clero ac populo stipatus, solemniter pompa deducebatur ad templum sanctimonialium sancti Petri Majoris. Spectabatur ibi paratus dapsilis lectus, quem sedis loco petebat antistes. Tum abbatis, quae effracto claustrorum in sacrum eadem enim universis monialibus prodierat, ad sinistram episcopi et ipsa super lectum assidebat. Exinde a presule ejusdem abbatissæ digitæ annulus pretiosus inferebatur, desponsanvis ad instar, et pastoralis etiam baculus dexteræ illius pouli per dimittebatur. Atque his peractis, procedebat ad cathedralem templum episcopum, abbatissa regrediente cum suis virginibus ad consueta penetralia cœnobii. Testes hujusmodi antiquati ritus jam supra dedi. Addere tamen in presentia juvat, asseverari in archivio Pistoriensis episcopatus, librum manu exaratum cuius hoc titulus: *Liber collationum beneficiorum Ser. Donati de Politis cancellarii episcopalis ab anno 1541 ad 1575.* Ibi vero pag. 527 ceremonia novo episcopo adhibendæ his verbis describuntur: « Giunto all'antiperto della città il vescovo, accompagnato da tutto il clero regolare e secolare, e da tutti i magistrati, scavaica, e sopra un tapeto s'inginocchia, e adora la croce, quale gli porge il proposto della cattedrale. E fatto questo il vescovo domanda, se v'è la famiglia de' cellesi. E subito tutti i cellesi, quali saranno ivi preparati, si fanno avanti, e posti ginocchioni, si levano in piedi; e quello, a cui è da loro ordinato, dice alcune parole, e gli baciano la mano dipoi rimonta sulla mula, e in mezzo a' cellesi entra sotto il baldacchino, e li giovani de' cellesi vanno alla staffa, e seguita la processione dentro alla città con li priori, magistrati, inverso san Pier Maggiore. Arrivato alle scalette della chiesa, si cava i guanti di seta; e la mola co i guanti pigliano i giovani de' cellesi deputati. Il vescovo accompagnato da' cellesi entra in san Pietro Magg ore, ove si pone a sedere nella sedia per lui preparata; e la badessa e le monache vengono a baciargli la mano. Fatto questo, il

A credentibus promittere dignatus est: *Venite, benedicti Patris; percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Et iterum animonuit, dicens . . . . filius masculus.* Previdimus in proprio meo edificare ecclesiam monasterio beatissimorum sancti Petri et Pauli atque Anastasii, et inibi me vel anima mea commendare atque offerre medietatem de omnem parvitatem pecuniam vel adquisitum meum, quod nunc presenti die avere et . . . . tuero, cum case avitacionis meo, quam et case masaricie, seo casalia, vinea, terra, pratis, paucis, silvis, salectis, sationibus, cultum atque incultum, movilem vel innovilem, seseque moventibus, omnia et in omnibus, ad ipsum sanctum et verabilem locum offerri et condonare providi . . . . seu et Astruelda, qui ueste monastica induita e se videtur. In eum vero tempore, ut si jam dicta filia mea voluere cum genitrice mea Munitia atque conjugi mea Perlerada, seu germana mea Ratpera in ipso monasterio deservire voluere in . . . . Senodochio egenos vel pauperes recipiendum et elemosina tribuendum et gubernandum per ebdomata una pauperes vel peregrinas animas, et una cum Dominico abbatore rectore, quem inibi ordinare previdi. Omnia, ut dixi, in sua habeat potestate

vescovo si ritira appresso il letto quivi preparato, e postosi a sedere, viene la badessa, quale laita in debita riverenza, ancor lei siede da mano sinistra, e dal vescovo riceve l'anello in dito, e di poi il pastorale in mano conquelle parole, che parra a sua signoria reverendissima, etc. Inter ea riserint, et non injuria, ipsi etiam severi lectures ad hujus conuentus aspectum, eamque idcirco tandem sublatam intelligent, quod vulgi dictoris nimis facile patet. Mibi tamen in eo ritu nihil improbandum fuisse credatur, verique videtur similius, ipsius ea solum de causa in desuetudinem abiisse, quod novi episcopi tam sollemnem ingressum non amplius usurpent. Nam ad annulum quod attinet in digitum abbatissæ immensissimum motum est virginibus etiam sacrissimis conferri, et Benedictinis præcipue, scilicet, ad significandum eas nobis Christo. Atque is ritus multis olim in locis frequentabatur, hinc adhuc alicubi perdurat, episcopo tunc dicente: *annulo suo subarryavit me.* Tota prout de ritus hujus deformitas in lecto preparato sita erat, super quem sedisse dicuntur episcopus et abbatissa. Verum a recentioribus, qui inniquam spectaculo interfueri, hoc non satis rite traditum, affirmanturque fuit. Non lectum, sed un pulcro, id est tubularum in templo preparatum fuisse tradunt alii scriptores. Stratum paratum in templo fortasse legebatur in antiquis monasteriis aut episcopii Ritualibus: quam vocem nonnulli interpretati sunt pro letto, cum tubularum quoque significare posuerit. Atque in eam sententiam vehementius rapior, quod animadverterem parem ritum Florentiae, olim observatum in pari solemnitate atque in templo ac monasterio ejusdem ordinis ac nominis. Vide præcipue quae scriptis Petrus Ricardus Casinensis monachus in Histor. monast. edita Romæ anno 1575. Is enim memorat, non lectum, sed un pulcro benissimum parato. Idem quoque Florentinorum ritus fuse descripsus legitur in Cærimoniali, manu exarato, cui titulus *Il Bullettone*, in archivio archiepiscopatus Florentini, et in eorundem Florentinorum præsulum Chronologia, a Ceracchino edita anno 1716 Florentia. Unde vero originem traxerit hujusmodi solemnitas, quidve revera significarit, inquirere mibi non vacat, et præsentim quod antiquata jam fuerit. MERAT.

regendum . . . elemosinam tribuendam, de quod in invi Dominus condonare dignatus fuerit; et pro anima mea gravata ponderibus peccatis meis die noctuque omnipotentem Deum, et etiam Dei Genitricem Mariam, vel beatissimi sancti Petri et Pauli seu Anastasii inci . . . nimis peccator de vinculis penarum eripere dignetur, et inter sanctis et electis suis aliqua parte vel societas tribuere jubeat, quia scriptum est per eloquium et ministracionem Domini nostri Iesu Christi: *Petite et dabitur vobis: quarite et invenietis . . . . . per ideo ego miser et nimium peccator creditur in ejus magna misericordia, quia pius Dominus et Redemptor omnium cœli et terre de parvitate mea terrenis tribuendum ad ipsa sancta virtute nominis beatissimi sancti Petri et Pauli seu Anastasii celeste gau . . . . Conjuge mea Perterada carnali vitio fuerit consecuta, et in ipso senodochio vel monasterio noluerit deservire, nulla de rebus meis avere debeat, nisi vacua et inane exinde foris exire deveant, ambulando ubi voluerit, et forsitan filia . . . . rio deservire, si de cumpartione mea, vadat, ubi voluerit, amplius de rebus meis, vel in ipso monasterio nulla posset avere, vel imperatione facere. Nam si in invi permanenserit, omnia cum supradicto rectore vel genitrice, atque conjugi, vel s. . . . Dominus vitam concesserit in hunc exilium mundi avitandum, omnia mea sit potestate regendum, remunerandum, usufructu capiendum, nam non ad secularibus pro nullo ingenio substrahendum nisi pro anima mea . . . . demittendum . . . . si . . . . mihi beredes esse deveant secundum lex gentis nostre, et ipse senodochio in sua aveat potestate, vel quod per ipso mihi fuerit ordinatum. Et si ad secularibus voluerit permanere, portionem suam suscipiat, et in ipso monasterio nulla imperatione . . . . ordinatione justa Deo fuerit ordinatum. Et quia me optandum ire, si sine filius masculo transiero, et antea de hac luce migratus fuero, quam ipsum sanctum et venerabile locum consecratum sit, volo atque decerno, ut ipso oratorio vel senodochio jam dictum . . . . ge, seu sorore et filia mea de omnia medietate rebus meis, que in invi condonare visus sum, diebus vite sue aveat potestatem; et post ovito eorum, quod per ipsi in invi fuerit ordinatum et servi vel ancillas meas parte mea liveri demittendi . . . . ratum sic in ipsi liverta permaneat, sicut princeps dominus noster bona memorie Liuprandi rex per edictum confirmavit, et iterum confirmare previdi, ut sub nullius matris ecclesia subjacente ipsum sanctum oratorium vel senodochio parvitate mu . . . . Dominico abbas per me in invi positus, et ipsa genitrice, atque conjugi seu germana atque filia mea, in suam aveat potestatem diebus vite sue, aut fratri vel sorori, qui per ipsi in invi positi fuerint, vel postmodum unus quislibet secundum Deum electis spiri . . . . peres, et pro sceleris mea Dominum deprecandum; vana pro nullo titulo malum hominem alienandum, aut per corruptionem in invi alio superponendum, nisi quem ille voluerit, qui in invi fuerit ordinatus et nullus de herc-*

A dibus proheredibus meis quandoque aliqua posse si . . . . tuis temporibus stœvilitum permaueat. Et qui contra hanc cartulam vel ipso monasterio, aut sanctum Senodochio ire quandoque presumpserit, aut ea intrupere voluerit, in primis in ira Dei et omnis virtutis celorum, et archangelorum et angelorum . . . . Scarioth, qui tradidit Dominum nostrum Jesum Christum, et in Tariaro sit conscriptum. Ecce ut mea fuerunt desideria adiuncti, et Avondus notarius scrivere rogavi.

Actum Pistoria, regnum et inductione suprascripta feliciter.

Signum manus . . . . fredus medicus rogatus a Ratpero manu propria teste subscripsi.

Ego Lazarus rogatus a Ratpero testis subscripsi.

B Ego Rachiperto rogatus a Ratpero testis subscripsi.

Signum manus Maurelli, qui filio quondam Statari, rog . . . .

Signum manus Anselmi, qui filio quondam Barufala, testis.

Signum manus Tatoni, qui filio quondam Fusoni, testis.

Ego Avondus, qui supra scriptor hujus cartule post a testibus rovorata et tradita ipsius abbas presentis Andrea filio . . . .

..... Domni Karoli, anno regni ejus quarto per inductione prima complevi et dedi.

Ego Gausperto notario, sicut in autentica inventa scriptum, fideliter exemplavi.

Ego Gualbertus notarius et judex sacri palati scriptor, authenticum illud vidi et legi, sic inibi continetur, quomodo in hoc exemplar scriptum est, preter plus minusve, et manu mea propria scripsi.

### XXIII.

*Institutio monasterii sacrarum virginum sub titulo sanctorum Petri et Pauli atque Anastasii facta a Ratfredo filio Guilichisi in agro Pistoriensi (an. 748).*

In nomine Domini. Die octavo, mense Septembrie, regnante domino Rachis vir excellentissimus regem, anno quarto, per inductione secunda, feliciter. Ratfredi filius quondam Guilichisi sperave in me divina potentia, dum complexus rejacere in infirmitate . . . . sine fine, ubi fures non effodiunt nec furantur; et illa voce audire merear, quia Dominus noster Jesus Christus ac redemptor omnium, in se creditibus promittere dignatus est: *Venite, benedicti Patris: percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Et iterum ammonuit, dicens . . . . filius masculus. Previdimus in proprio meo edificare ecclesiam monasterio beatissimorum sancti Petri et Pauli atque Anastasii, et in invi me, vel anima mea commendare; atque offerri medietatem de omnem parvitatem pecuniam, vel adquisitum meum, quod nunc presenti die avere, et . . . . tuero, tam case avitacionis mee, quam et case massaricie, seo casalii, vinea, terra, prati, pascuis, silvis, selectis, sationibus, cultum atque in cultum, movilem vel immobilem, seseque moventibus, omnia et in omnibus ad ipsum sanctum et

venerabilem locum offerri et condonare previdi..... seu et Astruelda, qui ueste monastica induit esse videtur. In eum vero tenore, ut si jam dicta filia mea voluere, cum genitrice mea Muntia, atque conjugi mea Perterada, seo germana mea Ratperta, in ipsum monasterio deseruire voluere in..... senodochio egenos vel pauperes recipiendum, et elemosina tribuendum et guvernandum per ebdomatam una pauperes, vel peregrinas animas, et una cum dominico abbe rectore, quem inibi ordinare previdi: omnium, ut dixi, in sua habeat potestate regendum..... elemosinam tribuendum de quod inibi Dominus condonare dignatus fuerit, et pro anima mea gravata ponderibus peccatis meis, die noctuque omnipotenter Deum, et etiam Dei Genitrici Maria, vel beatissimi sancti Petri et Pauli seu Anastasii..... nimis peccator de viaculis penarum eripere dignetur, et inter sanctis et electis suis aliqua parte vel societas tribuere jubeat, quia scriptum est per eloquium et ministracionem nostri Ihesu Christi: *Petite, et dabitur vobis: querite, et invenietis.....* Pro ideo ego miser et nimium peccator creditur in ejus magna misericordia, qui est pius Dominus, et redemptor omnium celi et terre, de parvitate mea terrenis tribuendum ad ipsa sancta virtute nominis beatissimi sancti Petri et Pauli seu Anastasii celeste gaudium.... conjuge mea Perterada carnale vitio fuerit consecuta, et in ipso senodocio vel monasterio noluerit deseruire, nulla de rebus meis avere debeat, nisi vacua et inane exinde foris exire deveant, ambulando ubi voluerit, et forsitan filia.... rivo deseruire.... cum portione sua vadat, ubi voluerit, amplius de rebus meis vel in ipso monasterio nulla posset avere, vel imperative facere. Nam si inibi permanserit, omnium cum supradicto rectore vel genitrice, atque conjugi, vel.... Dominus vitam concesserit in hunc exilium mundiavitandum, omnia mea sit potestate regendum, remeliorandum, usufructu capiendum. Nam non ad secularibus pro nullo ingenio substrahendum, nisi pro anima mea... demittendum..... mihi heredes esse deveant, secundum lex gentis nostrae. Et ipse senodochio in sua aveat potestate, vel quod pro ipso inibi fuerit ordinatum. Et si ad secularibus voluerit permanere, portionem sua suscipiat, et in ipso monasterio nulla imperatione.... ordinatione justa Domino fuerit ordinatum, et quod a me optandum, id est si sine filiis masculis transiero, et antea de hac luce migratus fuero quam ipse sanctum et venerabile locum consecratum sit, volo atque decerno, ut ipso oratorio vel senodochio iam dictum.... conjuge, seu sorore, et filia mea, et omnia medietatem rebns meis, que inibi condonare visus sum, diebus vite sue aveat potestatem. Et post ovito eorum, qui per ipsi inibi fuerit ordinatus; et

<sup>a</sup> Quid sit quod charta scripta dicatur anno IV Ratchis, ac tabellio in fine Karoli annum quartum memoret (quod etiam mendosam indictionem preferre videtur) perpendant eruditii. Fortasse Caroli Magni tempore veterem chartam ab Avondo exarata alter notarius descripsit. Ego ad alia progressior. Quanquam hujus monasterii conditor scribat

A servi vel ancillas meas..... mea liveri demittend.... ratum sic in ipsi libertas permaneat, sicut princeps, dominus noster bone memorie Luiprandi rex per edictum confirmavit, et iterum confirmare previdi, ut sub nullius..... Ecclesia..... subjacente ipsum seu oratorium vel senodochio parvitate..... Dominico abbas per me inibi positus, et ipsa genitrice atque conjugi seu germana, atque filia mea in sua aetate potestatem diebus vite sue, aut fratri vel sorori, qui per ipsi inibi positu fuerint, vel postmodum unus quisquis secundum Deum electis spiritu..... et per scelera mea Dominum deprecandum. Nam per nullo titulo malum hominem alienandum, aut per corruptionem inibi alio super ponendum, nisi quem ille voluerit, qui inibi fuerit ordinatus. Et nullus de heredibus proheredibus meis quandoque aliqua posses..... petuis temporibus stolidum permaneat. Et qui contrarius hanc cartulam, vel ipso monasterio aut sanctum senodochio ire quandoque presumperit, aut eam irrumpere voluerit, in primis in ira Dei, et omnis virtutis celorum, archangelorum, angelorum..... Scarioth, qui tradidit Dominum nostrum Jesum Christum, et in tartaro sit conscriptum. Ecce, ut mea fuerunt desideria, adimpleri, et Avondus notarium scrivere rogavi.

Actum Pistoria, regnum et indictione suprascrita, feliciter.

Signum manus.....

..... fredus medicus rogatus ad Ratperto manu mea propria teste subscripsi.

C Ego Lazarus rogatus a Ratperto manu mea testi subscripsi.

Ego Rachiperto rogatus ad Ratperto testis subscripsi.

Signum manus Maurelli quandam filio Stalar.....

Signum manus Anselmi quandam filio Barafula, testis.

Signum manus Tatoni quandam filio Fusoni, testis.

Ego Avondus qui supra scriptor hujus cartule, post a testibus rovorata, et tradita ipsius abbas presente Andrea filio.....

D Ego . . . . .<sup>a</sup> domni Karoli anno regni eius quarto per indictione prima complevi et dedi.

Ego Gausperto notarius, sicut in autentica inveni scriptum, fideliter exemplavi.

Ego Gualbertus notarius et judex sacri palatii scriptor, authenticum illud vidi, et legi: sic inibi cominebatur, quomodo in hoc exemplo scriptum est, praeter plus minusve, et manu mea propria scripti.

se illius rectorem constituisse Dominicum abbalem, salis tamen prout, non monachorum, sed sanctimonialium illud fuisse domicilium, cum in eo locum futurum velit matri, germanae, conjugi ac filiae sue. Itaque rector non aliud ibi significat, ut puto, nisi econsumum, et qui curam reddituum gereret. Merat.

## XXIV.

*Fragmentum Libelli contra Senensem episcopum pro Arrelinio confecti, ubi Digestorum auctoritas adhibetur (anno 752).*

..... sacrilegio proximum est, nedum sanctorum, verum etiam quorumlibet hominum seculorum violationem, nemini juris perito non est indubitatum; potestatesque loci, si hoc vendicare neglexerint, infamia laborare, ut in Codicis libro nono, titulo de Sepulcro violato: « Si quis sepulcrum Iesu Christi attigerit, locorum judices, si hoc vendicare neglexerint, pene nomine ..... quam viginti librae auri in sepulcrorum violatores statuta pena damnari. Preterea locus ipse in quo sepulcrum reponitur, publicetur, ut in eodem titulo. Et si forte detractum aliquid de sepulcro ad dominum ejus villamque asportasse reperiretur, villa, sive dominus, aut edificium, quodcumque esio, fisci iuribus vendicetur. » Ergo Senensis episcopus non potest petere jura Ecclesie non suae, presertim cum neglexisset dare vindictam, et ob hoc infamia laborare; cum etiam in eo, quod ratum habuit, mandasse intelligatur, ut in Digestis ratiabitio mandato comparatur, cum ratiabitionem etiam in maleficiis locorum habere valet. Ergo idem jubere maleficium, et rathum abere, postquam factum est. Satis autem habet ratum, qui in Ecclesia cui preest, sacrilegio rem ablatam tenet. Item in octavo libro Codicis legitur: « Si quis in tanta furoris pervenerit audacia, ut possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet homines constitutarum ante evenitum judicialis arbitrii violenter invaserit, dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori, et dominium ejusdem rei amittat. Sin vero alienarum rerum possessionem invasis, non solum ea possidentibus reddat, verum etiam estimationem earundem rerum restituere compellatur. » Quod autem hec questio procedere debet, non Codicis liber testatur titulo ad legam Julianam de vi publica et privata: « Si quis ad se fundum et quodlibet aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat: » inter cetera: « Quod si omissa appellatione vim possidenti intulerit, ante omnia caluniae causam examinari precipimus. » Liber quoque Digestorum concordat, ut prius de criminali discedatur. Quando autem inscriptum habet, datam fuisse sententiam, ut sacramenti pars ita se tueretur, et per Senenses remansisse, habetur in quarto libro Codicis, titulo de rebus creditis generaliter de omnibus juramentis, inter ce-

\* Quae hic dicitur Giseltruda conjux Aistulphi regis, eadem memorata repperitur in episcopali de fundatione monasterii Nonantulanum, part. II tom. I Her. Italicaram, ut pote soror sancti Anselmi, cui originem suam debet celeberrimum illud monobium in agro Mutinensi constructum.

† Curtis Zena olim et ipsa sita erat in eodem agro ultra Scultennam fluvium, infra castellum sancti Cæsarii, fortassis ubi nunc Castrumfrancum

A tera: « Si judex appellationis praesidens bene cideat illumini Ius jurandum a parte ante recusatum pronunciaverit, res secundum quod judicata est, permanebit. »

## XXV.

*Aistulphus Langobardorum rex Lopecino Mutinensi episcopo curtem Zenam donat (circa annum 752).*

Flavio Aistulphus rex excellentissimus ecclesie beatissimi et confessoris Christi Geminiani, qui ejusdem corpus quiescit humatum, et beatissimo viro Patri nostro Lopecino episcopo, per presens preceptum potestatis regni nostri, sicut a nobis tua speravit paternitas, per gloriosissimum atque precellentissimum Giseltrudam reginam dilectam conjugem nostram, concedimus atque donamus in ipsa sancta ecclesia curtem nostram quae dicitur † Zen, territorio Mutinensi, Silva jugis numero quingentis, coherentes ibi a tribus partibus Gajo nostro, qui pertinere videtur de ipsa curte Zena, de qua parte percurrente fluvio, qui nominatur Scultenna. Ea ratione suprascripta quingenta jugera silve concedimus, ut ab hac die ipse sanctus locus, vel tua paternitas omni in tempore securiter dona nostra valeat possidere, qualiter et nostra jussimus, tradimus, atque consignatum esse videtur voluntate, quatenus ab hodierno die habentes hoc nostre donationis et cessionis preceptum, securiter atque firmiter ipse sanctus locus valeat possidere. Et nullus dux, comes, gastaldius, vel actionarius nosler contra hoc nostre donationis et cessionis preceptum audeat ire quandoque, sed omni in tempore ipse prenomatus sanctus locus vel tua paternitas securiter valeatis possidere. Ex dicto domini regis ..... Cetera desiderantur.

## XXVI.

*Fundatio monasterii sancti Petri in loco Peleto, territorii Lucensis, facta a Gualfredo filio Ratiboni Pisano civi (Anno 754).*

In nomine Domini nostri Iesu Christi, atque beate semper virginis Marie, et beatissimi apostolorum principis sancti Petri. Regnante piissimo atque excelleutissimo pro salute tutius catholicæ gentis nostre Langobardorum domino nostro Aistulfo rege, anni regni ejus, deo protegente, sexto, mense Julio, inductione septima, Walfredus filio quondam Batebasi, civis Pisane, recolente me iustius mundi caducam et transitoriam vitam, et quot oportet luju mundi vana gloria contempnere per Christum, Dominum sequi, eiusque sacra precepta implere, et promissione suscipere, et eternam vitam cum ea severe; et quod peccatoribus aditus regni celorum non inter-

Bononiensium visitur. Nam Bononienses, quantis olim potuere viribus, suos fines protenderunt Mulinam versus, superque agrum ex alieno spoliis amplificarunt. Ipsum Nonantulanum monasterium inter fines ipsius curtis Zenæ edificatum videtur. Et visiter adhuc eisdem in locis villa Gagii, que non alia esse videtur a Gajo regis, in hac ipsa charta mentio nota.

dixi, si toto corde ad misericordiam Dei configere. Et dum pro mea facinora et spatio vite, quam neglegenter duxi, me animi tedium diligere, et non inveni, per quo me in angustis convertere, tunc protectorem quesivi, ut quod non meis ineritis ad illa valeo pervenire vita, per qua commissa delectantur, illius protegio, cui ligandi et solvendi est concessa potestas, in ovile eis educatur. Tunc in eis honoribus disponui monasterio bedificare, in que regulariter vitam ducere, et me una cum filiis et res meas offero, ubi et nostras et aliorum anime salvarentur. Item namque ego qui supra Walfredi cum magna devotione et compunctione cordis offero me ipso et filii meis, id est Ratibisi, Gulifredi, Jasio, et Benedicto, Domino Deo deservire, et usque ad virtutem et possibilite, auxiliante plus Deus, sante et regulariter vitam peragere in monasterio beatissimi apostolorum principi sancti Petri, quas presenti tempore in proprio territorio meo ob hamorem Christi, et pro remedio peccatorum meorum bedificare visus sum locus, qui vocatur Palatiolo, in discursu Lucense. In eo vero tenore meus dispositus animus, ut nullus episcoporum, aut judicium ibi perveniat imperio, neque aliquis de filiis vel heredum meorum, tipo superbie inflati, quacumque possit in fructibus inibi congregatis, vel in res monasterii hujus generare superbiam. Sed ita volo, adquae per hujus nomine cartula confirmavi in supra memorato monasterio sancti Petri congregatio monacorum, sive de illis fratribus, quos pius Deus et ipse ejus apostolus ad suum servitium vocatus dignare fuere, cum filiis mei una cum ipsis pariter volumus ex omnipotenti Dei misericordia sancte et regulariter vitam peregrinari, et pro meis peccatis die noctuque suis orationibus omnipotenti Deo non cessent obsecrare misericordia. Et tam ordinatione abbati, quam et alias ordinationes, quod opportune sunt in monasterio fieri, ita agunt et perficiunt secundum institutum regula ad sanctum Patrem nostrum Benedictum. Et si aliquo errore pro ordinatione ortus fuerit, aut pravo aliquo vitium repertus inter fratribus, quod ipse inter se, vel retitudinem aut regule instituta corrigeremus neglexerit, tunc accedant in ipso monasterio sancti Patres quoepiscopi, id est sedis Ecclesie sancte Pisane, et sedis Ecclesie Populoniensis, sed et abbas monasterii Domini Salvatoris in loco Pontiano, item et abbas monasterii sancti Frediani, ubi et ejus corpus quiescit umatum civitate Lucense. Illi sanctissimi quattuor hac venerabiles viri in omnibus habeant licentiam malum aut pravum vitium, quod ortus fuerit instigante diabolo, ad Domini revocare precepta, ut malum vitium resectetur, et anime fratrum corrigat ad salute. Et si decedente abbate, in electione abbatis aliquo ortus fuerit scandolo, sicut solet fieri per insidia ostis nostri, ipsi quidem supra memorati sancti Patres una cum fratribus ipsius monasterii previdant, qui dignus fuerit presesse, ita elegant et confirmant sine ullo munere, aut aliquo alio imperio, nisi tantum ut his pravus vitius se corrigerendus, ut sancte et regula-

A riter vivant. Nam si ipsi se corrigeremus potuerint, ut sancte et regulariter agant, supra memorati quoepiscopi, vel abbati nullo cogant imperio in ipso monasterio aliquo ordinandi aut inducendi: sed licet ea instituta Patrum servare, et vita peragere. De supra memorati fuerit de filiis meis, volo ego, que supra Walfredi, ut si in aliquis de ipsis erroribus facientibus in aliquo lapsu cecidere, aut aliquo pravum egerit, tunc abbas, qui ordinatus fuerit, cum penitentiam et disciplinam corrigan, et intro monasterio retineant, ut anima ejus salvari possint, nam foris monastero nullo modo eos expellant, ut anima ejus depereant: sed quos forte voluntarie bene agere neglexerit, faciunt inviti.

In dotis vero supra memorati monasterii sancti Petri una cum prefatis filiis meis Ratibisi, Gulifredus, Jaso et Benedicto, in primis trado et offero portionem meam de supradicto casale Palatiolo, ubi et ipse monasterio fundatum est, una cum portione mea de basilica sancti Philippi, vel res ad eam pertinentes, cum casas massaricias, familias, vel adjacentias earum, peculias donicatas cum pastores qui eas depascunt, cum vineis, olivetis, et territoriis pertinentes, una cum silvis, sicut nobis pertinere videtur in integro. Item et curte juris mei in Castagneto cum edificiis suas peculias donicatas et pastores qui eam depascunt, vineas, olivetas, pratas, territorias, silvas, seo et casas massaricias cum familias suas, que nobis pertinere, quanta exinde libere non dimiserimus, cum omne adjacentiam ad ipse, vel curte pertinent in integro, habeat ipse monasterio. Item et habeat portionem meam de molino et casa de Caldana, cum Liliano, seo et Dominico pueris nostris, et omnia adjacentia ad ipsa casa vel molino partem meam in integro pertinentes. Simili modo et habeat ipse prefatus monasterio portionem meam de curte Supercornia cum edificiis suas, vineas, territorias cultas et incultas, silvas,..... pascuas, una cum casas massaricias, cum familias suas, et omne adjacentia ad ipse, vel curte pertinente in integro, ante posito portionem meam de Gagio Galoti et portionem meam, hoc est medietatem de casa Candidi de Rivo Certurio cum familia, et omne adjacentiam ad ipse case pertinentes. Item habeat ipse monasterio sancti Petri portionem meam de Casale in Ruossano cum de monasterio, quod inibi est sito, et case Massaricie cum adjacentia ad ipsa case pertinentes portionem meam in integro. Item volo ut habeat ipse monasterio medietatem Salinas in loco Vada, et in Pogio ante quod emit a quondam Infredo mea portione. Simili modo et offero in supradicto monasterio portionem meam de curtis juris mei in loco qui vocatur Septaris, cum edificiis, vineas, olivetas, silvas, territorias cultas et incultas una cum casas massaricias vel omne adjacentia ad ipse case vel Curte pertinente. Et abeat insimul casa Mugniacioli, et casa Teudiperti, et casa Wipertuli, et casa, qui fuit Pasquali in fundo Magno, cum omne adjacentia ad ipse case pertinente. Itenque do et offero ad ipsum prefatum mo-

nasterium portionem meam de curte mva Castello A Fulfli, cum vineas, ulivetas, edificias, territuras cultas et incultas, seo et case massaricie ad ipsa curte pertinente cum omni adjacentia et familie, quanto exinde libere non dimiserimus, abeat ipse monasterio sancti Petri. Simili modo offero in predicto monasterio portionem meam de Gagio in Lai-niano in integro, et casas Teodore de Agello, et casa Bineli de Lisiano, cum omne adjacentia ad ipsa case pertinentes, et familie eorum. Item habeat ipse monasterio sancti Petri casa Guispendi de Massiano, et mediante quod Msurus..... uno et de filiis eis, et habeat casa Gheduli de Rivo Cairo, et casa de filii quondam Pincioli in Pisimano, et casa Prunoli in Pistule. Item in civitate casa Cunundi, et casa Gridiperdi, casa Epidicau, casa Cunperi, casa Sichi mundi. Hec autem case cum omne adjacentia ad eas pertinente et familie eorum habeat ipsum sanctum et venerabile locum. Similiter volo, ut habeat in loco Cotiano casa Barduli, et casa Mincioli cum adjacentia sua et familia eorum, quanto exinde libere non admiserimus. Simul etiam abeat ipse monasterio medietate de mea portione de casa, que habemus in loco qui vocatur Burghermio, Lupinaria, Gluentianu, cum familie sue et adjacentia sua. Et habeat casa in loco qui vocatur Sarachamano, quem emimus de Juniperto, cum adjacentia sua. In tale enim timore vole ego, qui supra Walfredi, res superiorius comprena, omnia habere monasterio supra memorati sancti Petri, vel ea per solvant ad ipso monasterio tam liberi quam et servi vel Aldioni, qui in ipse case re-sederunt. Itemque do et offero a suprascripto monasterio portionem meam de pecunia nostra in insula Corsica, cum casas, familias, territuras, et omne adjacentia ad ipsa case pertinentes, et res domicata movilia et immovilia, ut dixi, mea portione de quantum in ipsa insula Corsica et omnia in integrum. Simul et abeat ipse monasterio portionem meam de prato ad Padule Actoni, et abeat portione mea ad Ursula, et orto, que vocatur ad Prato juxta Padule Auctoni, et portione mea de terra in Arna, medietate de mea portione. Simul et abeat portione mea de dicto in Verriana, et portione mea de casa Brunuli in ipso loco Verriana, cum familia, vel omne adjacentia ad ipsa case pertinente mea portione. Itemque dono et offero ad prefatum et ipsius nominato monasterio beatissimi sancti Petri in Ecclesia et monasterio sancti Petri in Accio, que est fundatum et constructio in jam predicta insula Corsica, cum omnia adjacentia, que ad ipsa ecclesia et monasterio est pertinente in integro. Abeat et possideat ipse sanctissimo et venerabile locu hec omnia superiorius comprena, do et offero ego, qui supra Walfredi pro re-

<sup>a</sup> Ni mei me sefellerunt oculi, quæ litteræ in calce membranæ supersunt, indicare mihi vise sunt Janua-rium messem, et annum 2 Desiderii regis, et in-dictione 12, quæ indictione annum proderet 759. Verum cum Desiderius regnum iuerit anno 756, veri videtur similis ibi legi indictionem 1<sup>st</sup> atque adeo ad annum 758 mutilam hanc chartam esse referen-

A demptione anime mee in predicto monasterio sancti Petri, et abbas cum fratribus inibi congregatis Petro, ut pro meis peccatis, suis orationibus et vigiliis intercedere, ut mihi Dominus ignorcat, quod negligenter gessi, et oro pro me peccatore Dominus retribuere mercedem. Ecce meus qualiter complacuit animus, per hujus voluminis cartule confirmo sic, ita ut si aliquis de filiis aut eredes proerodes meos contra dotis meis pagina ire quandoque presumperit, aut aliquid subtrahere aut molestare per se, aut supponita persona de omnia, que supra legitur, et adprobatum fuerit, componat ad pars ipsius monasterii sancti Petri, vel eis congregationis aurum solidum quingenti, et presens cartula dotis mee in sue firmate et robore. Unde tres cartule pari tenore Aspero notario scrivere.

B Actum Pisa per inductione suprascripta felicitater.

Una ista cartule reservamus in prefato monasterio sancti Petri. Alia vero de iste cartule dedimus ad conservandum in domo sancte ecclesie Pisane, ubi dominus Andreas episcopus esse videtur. Tertia dedimus ad conservandum monasterio Domini Salvatoris, ubi abbas Gadisteo esse videtur.

Ego Wlfredi filio quondam Ratebausi in hanc cartule dotis mee manu mea propria subscripsi, et testibus ubilibus rborandam.

C Signum + manus Antiperti filio quondam Arieti teste.

Signum + manus Pertualdi filio quondam Arioldi teste.

Signum manus + Beuti Ale Scarco teste.

Signum + manus Gudubli.

Ego Mrcio notarius rogatus a Walfredi in hanc cartule me testes subscripsi.

Ego Gundiperio filio quondam Burbensis rogatus a Walfredi in hanc cartule me testes subscripsi.

Ego Guliperti filio quondam Vitaliani testes.

Ego Auspero notarius rogatus a Walfredi hac cartule subscripsi supplevi.

Ego Benediclus notarius autentico illum vidi et legi.

Ego Gospertus notarius autentico vidi et legi, unde uno exemplar factu est, et hic subscripsi.

D Ego Illig, notarius domini imperatoris autentico illo vidi et legi, et fideliter exemplavi, literis plus minus.

### XVII.

Desiderius Langobardorum rex, et Ansa regina ejus uxor, monasterio sancti Michaelis et sancti Petri in civitate Briziana multa donat (anno 758) <sup>a</sup>.

..... Rex, et gloria atque precella Ansa..... Michaelis atque apostolorum principis Petri, quod....

dam. Sed quidnam, quæso, priora verba significant, nempe Michaelis, atque apostolorum principis Petri? Nevo non dicat supplendum hic esse monasterium; ei autem conobio eademu Anselberga abbatis praerat, quæ Desiderius ipsius filia fuit, atque abbatis monasterii Domini Salvatoris, quod postea sancte Julie appellatum est. Nunquid ergo unum itemque

intra civitatem nostram Brixianam, et Deo dicata A Ausilperga abbatissa..... monacharum ibidem Domino servienti. Prophete electi, et regis David vatici..... mentum est Dominus timentium eum. Et quia confidimus omne Dominus nostrum firmamentum nostrum dignatus est.... hujus seculi possessione gloria nomini ejus ipsius sanctis locis dona tribuendo decora..... ipsius Prophete testimonium dicentis: *Domine, dilxi decorum domus tue, et locum habitationis..... ut a peccatorum nexibus mereamur absolvit, et eterne vite gaudium consequamur, per nostre..... preceptum offerimus in jure ipsius monasterii ex propria facultate nostra. Primum omnium..... monasterii cum ecclesiis, et reliquis edificiis a nobis ibidem constructum atque area vel omnia coherentia ibidem pertinentia, qualiter jam dudum a predecessor nostro domino Aistulfo rege nobis concessa fuit, aut qua.... ibidem post..... aut quolibet ingenio advenit, sicut posita, et clausa, atque.... ibidem a nobis largito,.... citionem. Itaque supradicta.... largimus curtem nostram in loco, cui vocabulum est Cerr..... in integrum ad ipsam curtem pertinentibus, qualiter nobis ab eodem..... concessa fuit, quod postea ibidem per comparationem, donationem, aut quoconque.... decimis tunc terre, quam earum operarum alicubi laboraverunt, ad illarum commun.... superius nominata, cum edificiis cum bovibus et..... utriusque sexus siunul cum familiis, servis.... liberos, liberis, cum omni et in omnibus mobilibus et immobilibus rebus in integrum, sicut nostre pertinuit potestati in iura jam facti monasterii concedimus, et per presentem nostrum confirmationis preceptum.... ab hac die... comitibus, gastaldiis, et gentibus nostris.... in aliquo audat molestare... Et ut hec..... doule notar.... mensis Januarii..... nostri in Dei nomine secundo..... ne XII.....*

## XXVIII.

*Litteræ Jobiani subdinconi et aliorum ad Anselpergam abbatissam monasterii sancti Salvatoris Brixiani, in quibus eidem donant "piscarius positas in territorio Feronianensi (anno 767).*

Regnante domini nostri Desideri et Adelchis reges, regni eorum undecimo et nono, die vi de mensi Decembri, per inductione vi feliciter. Dilectissima nobis semper donna Anselperga a Deo dilecta abbatissa monasterii Domini Salvaturi, scita in civitate Brexi, quam dominus Desiderius rex a fundamentis edificaverit. Ideoque nus Jobianus subdiaconus, Amantius filius Liberi, Martinorum, Stephano filius Albino, Beatus, Lupicenus, ac Martino. Cogitanti Jobiani Benenato donatores nus presentes presentibus dixi: illas jura firmissima, que et spontanea conferitur vo-

monasterium sub variis hisce titulis erectum fuit? An ante sanctorum Michaelis et Petri nomine dedicatum, postea, jubente rege, Domini Salvatoris nomen assumpsit? Alii potius agitur hic de altero monasterio, quod Desiderius construxerit, et celebriori monasterio Salvatoris supposuerit? Ego in re obscura sententiam suspendere, eaque prærioribus Brixianæ urbis reservare satius duxi.

A luntato, seruire providimus beatitudinis tue, ex nostri duno tibi concedere visi sumus piscarie sortis nostras, que ex integro in loco ubi nuncupatur Rio Torto, terretorio Feronianensi, per designatas locas, idem de uno lanterio, quod tenet fine inter ipsis lounati et Martino Gastaldius, et de aliо lanterio, quod currit Cluza uno capo tenente in ipsa Cluza, et de aliо capo Johannes filius Domineco habente, et infra designatas locas nobis nunc reservamus fini tua, que supra Ausilperga abbatisse confirmamus potestate vestra habendas et possidendas, et tuis..... defendendas, aut quicquid exinde facere aut judicare volueris, in vestra tribulitus potestate. Et nunquam nobis licet nolle quod voluimus dare semel vobis concessa, sed omnia, sicut superius legitur..... nos B inviolabiliter conservare promitorum.

Acto in vico Bisbetum feliciter.

Ego Jobianus subdiaconus in hanc cartulam donationis a me facta manu subscripsi.

† Signa manus Amanti filius condam Liveri, qui hanc cartula donationis fieri rogavit.

† Signa manus Martini Feliculi, qui hanc cartula donationis fieri rogavit.

† Manus Stephani filius memorati Albino, qui hanc cartula donationis fieri rogavit.

† Signa manus Beati, qui hanc cartula donationis fieri rogavit.

† Signa manus Benenati filius Stephani, qui hanc cartula donationis fieri rogavit, qui Juxta lege sua Langobardorum recepit Launechit manente par uno.

† Signa manus Lupiceno, qui hanc cartula donationis fieri rogavit.

† Signa manus Martino, qui hanc cartula donationis fieri rogavit.

† Signa manus Johannis filius bone memorie Duncti testis.

† Vel Lampertus notarius rogatus ad suprascriptis donantibus in hanc cartula manu mea testis subscripsi.

Ego Gaidoald rogatus ad suprascriptis donantibus in hanc cartula donationis manu mea testis subscripsi.

Scripsit ego Godstalco notario prostradita coram testibus relegi, complevi et dedit.

## XXIX.

b Valeriani et Liodoalde charta, concedentium Anselperga abbatissam monasterii Brixiani sancti Salvatoris et sanctæ Julie jus canalis ad deducendum aquam in idem cœnobium (anno 761).

Regnante domino Desiderio et Adelgis, viros excellentesimos reges, anno regni eorum quinto et secundo, sub die viii Kalendas Aprilis, inductione xiv. In

a Dona illa sita suis dicuntur terretorio Feronianensi: quæ dicendi formula plerumque apud antiquos idem significat atque comitatus, et præseruum cum nulla Mutinensis urbis mentio addatur.

b Erant illa nomina veluti duo nomina quorum alterum in baptismio, alterum ante vel post baptismum (idque frequentius) a parentibus aut a populo imponebatur. Diu enim ipos apud Christianos ubi uulnus,

Christi nomine, promittimus atque spondimus nos A Valerianus et Liodoaldus germani, filii quondam Leonis, habitatores intra muros civitatis Brixianæ, tibi Anselpergæ dicatæ Deo abbatissæ monasterii Domini Salvatoris intra civitatem Brixianam fundatum, de curriculo illo, per quem graditur aqua ad monasterium vestrum, et estat ex parte constitutum intra casam vel curtem habitationis nostræ, usque ad pedes quinquaginta sex juxta, ut deinceps et in perpetuum sine nostra heredumque nostrorum interdictione permaneat semper omni tempore, inter se qualebit conturbationem, vel rupturam, aut lesionem alia accesserit, liberam licentiam habeat pars monasterii vestri omni tempore fodere et aperire terram, que erga ipsum estat, ad recuperandum, in quo conturbatum fuerit. Et si quis ex nobis, qui supra Valerianus et Liodoaldus heredes in aliquo disturbancem fecerimus ex ipso curriculo, aut quali in tempore oportuerit ad recuperandum eum interdixerimus, in quo superius legitur, et contra hanc cartalam promissionis ire quandoque temptaverimus per nos aut qualencumque personam, principi aut judici suplicandum, pro quo manifestum fuerit, componamus ad partem suprascriptio monasterio tibi Anselpergæ abbatissæ, et successoribus tuis, auri solidos quinquaginta, et post pene solutionem presens pagina obtineat roborem: sic ha ut si aqua ex ipso curriculo foras ruperit, non sit negligentia jam dicti monasterii vestri ad recuperandum, ne vobis grave et impium inferat damnum, quod possibile videatur esse aut intollerabile, prolongaverat dilationem. Unde accepimus nos Valerianus et Liodoaldus promissionis Launichild, secundum legem nostram, a te Anselperga abbatissa ex sacculo, ut supra, monasterii vestri, auri solidos numero sex, et duo tremisse, ut stabilis permaneat. Quam vero paginam promissionis Tonaldi scribendum rogavimus, qui et ego ex dicto Laurentio notario scripsi.

Actum Brixia feliciter.

Signum † manus Liodaldi recognoscens ad omniam suprascripta.

† Valerianus hanc paginam promissionis cautionis a nobis factam subscrisimus, relectæ scribere obtuli, roboravi et subscrivi, auri solidos sex et duo tremisse accepi.

ad aliquot annos, eosque interdum multos, baptismus differretur, isque solemni ritu in pervigilio tantum Paschalis et Pentecostes celebraretur, nisi periculumvitæ imminens ministrandum ante suaderet. Tunc ergo ante baptismum infantibus nomen dabantur. Vide Beroldum in dissertatione LVII de Ritibus Ambrosianis. Porro adeo insita est in populis libido et consuetudo hujusmodi vetustissima agnominum imponendorum, ut adhuc constantissima perdureat inter plurimos Italæ populos. A Mutinensi quidem urbe pene prorsus excessit, ut rem doméstico testimonio confirmem. Verum in castellis, et ruri potissimum, multus est usus agnominum, vixque ullus interdum est e rusticis in aliquo vico, qui ex agnomine, quam ex nomine, non sit notior vicinis suis. Idem a Gallis in militia factum animadvertis. Hæc autem agnominæ, quanquam necessitas aliquando invexisse videatur, attamen progredientibus sæculis,

† Leo rogatus a Valeriano et Liodaldo germanis in hac pagina promissionis et obligationis testis subscripsi, et suprascriptas res Launichild dare vidi.

Pollecius rogatus a Valeriano et Liodaldo germanis, etc., ut supra.

† Ego suprascriptio Tanoaldus huic page promissionis scripsi et subscripsi, quam post traditam complevi.

### XXX.

*Donatio Gisulfi regis, pro Cassinensi monasterio (anno 768).*

(Ex Tosii, *Storia della badia di Mont-Cass.*)

..... Nos vir glorioissimus Gisulfus Dei providentia summius dux Longobardorum gentis, motus Dei omnipotentis misericordia, et ob animæ nostræ totiusque nostræ gentis salutem, quam et per regum Majonis comitis nostri concessimus in monasterio beatæ et gloriæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, quod ab olim constructum est in locum, qui nominatur Cingla, in quo Acetaria Deo digna abbessia præesse videtur, inclitas duas curtes nostras, quas habemus in finibus Teano loco Bairanum, et sunt ambo conjunctæ, quarum una nominata ad Gruttule et altera ad Tora, habente finis prædictas curtes, ab una parte qualiter vadit per pedem de monte sancti Leutberii; et ab inde qualiter iusta eundem montem descendit in fluvio Buturno, ab alia parte qualiter ascendit per medium alveum prædicti fluminis usque in ribo qui nominatur de Bagnula de tertia parte prædicto ribo, qui decernit inter has curtes et terra præfati monasterii, de quarta parte fine ribulus, qui intrat in prædictu ribo, et qualiter ascendiit prædicto ribulus usque in eo loco, unde egreditur, et ab inde in ipsa surgenre, ex quibus aqua viva viva egreditur, et ab inde in prædictum pedem de monte sancti Leutberii, qui est prior finis. Has autem prædictas curtes qua' iter de fine in fine prænotabimus cum diversis cespitis suis, et cum biis et aquis, cum omnibus pertinentiis earum. Insimul cum ipsa ecclesia sancti Ceciliæ iuxta prædictas fines ædificata, et cum septem coadiomis de nostris serbis in prædicti curribus habitantibus: id est filii et nepotes Gaidosoli cum filii et filiabus eorum et filii et nepotes Sinoaddi, et filii et nepotes

et nostro præsertim, imprebitas hominum, et quidam male feriatus ardor, eadem instituere consuevit. Nempe in sacro lavacro suum cuique nomen imponebatur: sed saepius prævalebat alternum nomen, quod aut ante baptismum, aut postea domestici, vicinie, ex arbitrio suo invitis plerunque hominibus apponebant. Honestæ, fateor, et grata ex iis perquam multa fuisse; sed non paucæ vituperationis et scommatiæ speciem referabant. An antiqui Langobardi, donec eorum regnum ac fortuna in Italia stetit, hisca ludibriis delectarentur, nondum deprehendit. Ultra enim quam creditur, quidquid nobilitatis colorem hadere poterat, illi aversabantur; neque fortasse quisquam tolerasset ejusmodi nomina, si dicierii votani importassent. Verum sub Carolinis Cæsaribus, ac deinde frequentius sub regibus subsecutis, eadem agnominæ in usu suis deprehendendi.

Marzucoli, et filii et nepotes Lupicis cum filiis et filiabus eorum, et filii et nepotes Luperissi, et filii et nepotes Sanduli, et filii et nepotes Bonusoli, cum filiis et filiabus eorum. Haec oinmia quæ prediximus nostra excellentissima potestas in prædicto sancto cœnobio concessi ad perpetualiter habendum, et possidendum. Scripto præcepto ipse per Bertari notario.

Actum in hunc sacrum Benebentanum nostrum palatium, mense Septembrio, indictione quarta decima...

### XXXI.

*Præceptum Desiderii regis Longobardorum pro Theodemario abate Cassinensis monasterii (anno 768).*

(Ex Tostl, ibid.)

In nomine summæ et individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Desiderius æterni regis suffragante potentia Longobardorum rex. Regni nostri statum, et vite augmentum ad hoc proficere credimus, si ecclesiæ Dei curam gerentes continuis eam, siveisque servitores ditemus beneficiis atque muneribus. Quocirca nostrorum fidelium sagacitas noverit, qualiter ad petitionem nos religioso viro Theodemario abbatì ex monasterio sancti confessoris Christi Benedicti, quod est constructum in loco qui dicitur Casinum Castrum, ubi sacratissimum corpus ejus humatum est, tale beneficium circa monasterium ipsum visi suinus concessisse, unde monachi Leo servientes, et pro nobis, et cuncto populo Christiano exorantes, vivere valeant. Id est terras, et silvas sacri nostri palatii pertinentes per has fines. A prima fine de ipsa Carnellu, et quomodo salit per ipsa Bantra, usque in rivo sicco, et saliente usque ad ecclesiam sancti Martini, et quomodo pergit per ipsæ crista de monte sancti Petri. De secunda parte fine serra de monte qui dicitur Cismo, et quomodo pergit per serra de monte qui dicitur Aquilone, et vadit ad locum qui dicitur de Puppo, et quomodo pergit ad locum Viticustum, et vadit directum ad Aquam fundatam, et quomodo ascendit per ipsum montem qui est super Casale, et pervenit ad badum fluminis qui dicitur Rapidi, et pervenit in aquam Melarini, et quomodo pergit per ipsas cristas montium, et pervenit ad terram albam; inde venit ad furcam sancti Valentini, et quomodo ascendit per cristas montium qui sunt inter Atina et Vallelucis, et recto tramite pervenit ad pretam scriptam, et ascendit ad serram montis qui dicitur Ordicosa, et pergit super ipse pesciora, qui dicitur Falconari, et pervenit ad ipse finis qui sunt inter montes, e quibus unus vocatur Spinacius, et alter Porcius, et inde ascendit ad cristas montis qui vocatur Caira, et pervenit ad ipse petre super aqua vivola, et ascendit ad collem qui vocatur Gimbiruti. De tertia parte quomodo descendit per ipsum querquitulum et vadit directum in ipsum fossatum juxta ecclesiam sancti Damasi, et pergit directum in silice ad locum qui dicitur Arcu de Gizzuli, et quomodo vadit ad lacum Radeprandi, et inde pergit ad rivum qui vocatur Marozze, et qualiter descendit in fluvium qui vocatur Carnellu, et ascen-

A dente per ipso fluvio usque ad aquam que dicitur Cosa, et salit per ipsum montem qui dicitur sancti Donati. De quarta parte fine media serra de monte sancti Donati, et quomodo descendit super ipsi monticelli de Marri, et vadit ad ipsi pesci qui sunt ad pede de monte qui dicitur Balba, et quomodo vadit inde super duos leones, et inde salit super ipse serre de Casale, et inde descendit super ipsum montem super ipsa villa de Garelano, et inde vadit super ipsum pesculum qui nominatur Cripta imperatoris, usque in fluvio qui nominatur Garelano, et ascende per ipso fluvio usque ad priores fines. Confirmamus etiam in perpetuum eidem venerabili loco ecclesias has: sancti Jacobi in Tremiti, sancti Joannis in Venere, sanctæ Mariæ in Cingla, sanctæ Mariæ in Plumbarola, sancti Focati in Lesina cum piscaria sua. In comitatu vero Marsorum cella sancti Benedicti in Tilia, sanctus Victorinus in Celano. In Teate sanctus Liberator super fluvium Laentum, sancti Angeli in monte Piano, castellum sancti Angeli, castellum sancti Petri, curtem sancti Januarii cum pertinentiis suis inter has fines; ab uno latere fine cripta Latrunis quæ est sub monticello Sarracenico, et inde ascendit in St. filium de Magella; de alio latere quomodo descendit in aquam Frassiningam, ed inde mittit in rivum Bacinnum et vadit in puteum de Capetano, inde in fossatum sancti Januarii, et in Rosentem; de alio latere finis Bisara in viam que vadit in lacunam supra sanctum Donatum; hinc in Figarum, inde in fossatum de sancta Lucia, et ascendit per aquam frigidam in limite de monte Piano, et sicut vadit sub ipsis limitibus in fossatu Garifuli, et ita vadit in Alento. Inter quos fines nulli homini aliiquid dedimus, sed sicut fisco regali pertinebat omnia in endem cœnobio obtulimus. Dehinc ecclesia sanctæ Mariæ in Bacino; sancti Felicis in Pastoricio; sancti Benedicti in Terri; sancti Viti supra flumen Lavinum; sancti Heliae in Selangario; sancti Comitii juxta rivum Trulum; sancti Felici in Pulverio; sancti Callisti in Iliano; sancti Maminetis ibidem; sanctæ Mariæ in Ponciano; sancti Marci ibidem; sancti Eleutherii in Rupi; sancti Pali ibidem una cum Castro Calcaria; sancti Erasmi in Cerritu planu; sancti Salvatori et sancti Martini ibidem; sancti Benedicti, sanctæ Mariæ, et sancti Comitii in Orno; sancti Callisti, sancti Petri in Mattianella; sancti Mauri, et sancti Renati in Taratolano, et picu Corvarium; sancti Callisti in valle supra Laentum; sanctæ Mariæ supra favam de Laento; sancti Savini in Trevanico, sancti Clementi in Plumbata, sanctæ Mariæ in fluvio Foro, sancti Petri in Lolliano, monasterium sancti Severini; sanctæ Mariæ in Ripa; sancti Andreæ in colle de Albe, sancti Petri in Ari, sancti Angeli ante civitatem Ortonam. Castellum de Ungo, castellum de Piato, sanctæ Crucis in Castro Casale, monasterium sancti l'ancratii, sancti Petri in civitate Teatina vetere, sancti Pauli ibidem, sanctæ Teclæ in civitate Teatina nova, sancti Theodori, et sancti Salvatoris in Alteru cum porta sua. In conu-

tatu Pennensi ecclesia sancti Felicis in Stabulo, sancti Benedicti in Lauriano, sanctæ Scolastice juxta fluvium Tabe, sancti Angeli in Galbanice, sancti Felicis in Rosiecle, sanctæ Mariæ ad Paternum, sancti Martini in Genestrula, sancti Petri, et sancti Ceciliae in Castroniano, sanctus Petrus in Termule, sancti Benedicti, et sanctæ Marie in Maurina cum portu suo; sancti Victoris in Silva plana, sancti Benedicti, et sanctæ Scolastice in Pinne, sanctæ Mariæ, et sancti Benedicti, et sanctæ Columbe in Alarino, sanctæ Mariæ in Cosentia; sancti Benedicti in Bari; sancti Severi in Sorrentu; sancti Benedicti, et sancti Andreæ in Caudi; sanctæ Sophiae in Benevento; sanctæ Ceciliae in Neapoli; sancti Benedicti in Salerno; sancti Benedicti in Gagieta; sancti Salvatoris ibidem; sancti Laurentii in Majolisi; sancti Mauri in Meranisi; sanctæ Mariæ in Maritendulo; sancti Agapiti, sanctæ Scolasticæ in Teano; sancti Joannis in Irpinisi; sanctæ Reparatae, sancti Maximini in rivo Bulanu; Campufriddi; sancti Martini in Vulturru cum portu suo; sanctæ Mariæ in Turcinu; sancti Benedicti in Benevento; sancti Angeli in Alefrid; in comitu sancti Victorini, sancti Erasmi; sanctæ Mariæ, et sancti Quirici in Arci; sancti Comitii in Piscaria; sancti Petri in Ceccauum; sancti Liberatoris in Puscolle; sancti Lopardi, et sancti Petri in Tezzanico; sancti Angeli in Laianu; sancti Benedicti in Casagenzana; sancti Benedicti in Lauriana; sancti Benedicti in Cilicia, sancti Petri in Conca; sancti Benedicti in Pantanu; sancti Vigili in monte, sancti Angeli; sanctæ Mariæ in Calvo; sancti Mauri in gualdo Liburie; sanctæ Scolasticæ in Padule; sancti Martini in Cupuli; sancti Benedicti in Atina. In comitatu Mutinensi monasteriorum sancti Benedicti in Adili; monasterium sancti Martini justa stralam Petrosam; monasterium sancti Joannis in curte Frassenetula; monasterium sancti Dominini in curte Argele; monasterium sancti Vitalis in curte Calderaria; monasterium sanctæ Mariæ in Laurentiatico cum omnibus pertinetiis eorum, in quibuscumque locis positis, seu casalibus, aut fundoris tam dominicatum, villis cum rusticis et colonis, et cum colonis, et famulis utriusque sexus per singulas curtes, et per singula monasteria que superius leguntur, una cum terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, pescationibus, venationibus, occupationibus, cultum, incultum, divisum, et indivisum, arboribus fructiferis, et fructuferis, et pomiferis diversi generis, et cum omnibus super se, et infra se habentibus in integrum in encl. monasterio Casinensi concessimus in perpetuum semper habendum. Pariter etiam in eodem loco concedimus cunctas res que in eodem loco oblatæ sunt per omnes regni nostri fines, seu et que amodo in antea qualiscumque homo donare vel offerre ex rebus suis. Item de terris, casis, vineis, molendinis in praedicto sancto et venerabili loco voluerint licentiam et potestatem habeant donare et offerre cum quali ratione voluerint suorum sint licentiam sine contrarietate principis, archiepiscopis,

A comitibus, episcopis, castaldeis, judicibus; ut quemadmodum ad eundem venerabilem monasterium sancti Benedicti possessæ fuerint, per hanc nostræ confirmationis auctoritatem nostris futurisque temporibus abbas ipsius loci sancti Benedicti firmi- terque inviolabiliterque teneat, et possideat, prout facultas vel utilitas ipsius venerabilis loci exigere. Ita ut nullus iudex publicus, quislibet ex judicialia potestate in celas et villas, aut agros, seu lora, sive reliquias possessiones nostri comitobii sancti Benedicti, quas moderno tempore in quibuscumque paginis, et territorio infra regni nostri dictione juste et legaliter possidet, vel quidquid deinceps divina pietas ipso loco voluerit augere ad causas audiendas, vel fredi aut tributa exigenda, vel mansiones aut paratas faciendas, vel fidejussores tollendos, aut homines ipsius monasterii tam liberos quam servos, seu cartulatos vel offertos, et qui super terra ipsius monasterii resident, nullatenus distringendos, nec ullæ reditiones aut illicitas occasiones requirendas nostris futuris utrisque temporibus ingredi audeat, nec ea quæ superius memorata sunt penitus exigere presumat, sed liceat præsente Theothimari venerabilem abatem, ejusque successores una cum congregacione ibidem Deo famulante sub nostræ munitionis defensione quieto ordine vivere ac residere, et Dominum pro nostra anima supplicare. Et quicquid fiscus, et jure jam prephati monasterii pars publica sperare poterat pro animæ nostræ mercede lumine-ribus ipsius venerabilis monasterii nostra maneat auctoritate concessum. Nec non etiam a nobis addi atque confirmari placeat, ut ex omnibus rebus vel mancipiis ex ipso monasterio pertinentibus cartulatis vel offertis, liberos atque servos ubi pars ipsius monasterii eligerint, atque adclamaverint ministri vel exactoribus publicus per tres aut duos circa ma- nentes atque consistentes veraces homines quos ipsius monasterii monachi acclamaverint, inquisitio sicut qualiter et rei veritas facilius investigetur, et monachi ipsius monasterii suam valeant justitiam consegni. Ita ut post facta inquisitione rem quam clamauerint predicti veraces homines jam predicti pertinere monasterio liceat monachi quiete possidere, ut nulli liceat monachi do predicti monasterio in palatio quorumcumque taliter respondere aut sacramentum compellere. Si vero de servis aut ancillis vel de quibuslibet rebus hora fuerit intentio, liceat monachi ejusdem monasterium ipsos retinere, quoque in nostra presentia seu de eundem predecessorum nostrorum præsencia veniat, et ibidem coram nobis deliberentur. Quicumque hanc nostram regalem adversus institutionem ire temptaverint, avelaque supra memorata vel comprehensa sunt minime observare quia fortasse violare aut dirrumperem temptaverint, sciat se pena persolvitur abbatibus ipsius monasterii, et munitate nostra quam in omnibus constitutius ecclesiis, scilicet centum libras auri optimi. Precipimus etiam ubicumque repertus fuerit ex rebus ipsius monasterii vel ceteris illicitas atque

dannosas seu inutiles quos scriptiones vel commutations evanescunt, et ad ejus vel potestate ipsius monasterii restituatur. Ut cum haec nostra regalis perceptio per futura tempora firmorem obtineat vigorem, anulo nostro subter insigurii precepimus.

Paulus Diaconus et notarius sex jussione domini nostri Desiderii serenissimi regis scripsi.

Actum civitate Papia. Data vero anno regni eiusdem gloriosissimi regis quinto, mense Decembrio, per inductionem duodecimam — Desiderius gratia Dei rex Longobardorum.

### XXXII.

*Manigundis Langobarda testamentum pro erectione pueraris monasterii Cairati (anno 768).*

(Ex Mabill., Ann. ord. S. Bened.)

In Jesu Christi nomine, regnante domino nostro Linprando et Hildebrando nostris excellentissimis regibus, anno eorum vigesimo tertio, mense Julii, inductione quinta feliciter. Ego Manigunda, per Dei misericordiam Dei ancilla, et ueste monialium induta sum, quae visa sum vivens lege Langobardorum, praesentibus dixi: Dominus omnipotens ac redemptor noster animas, quas condidit, ad studium salutis semper invitat. Et ideo ego quae supra Manigunda volo et judico pro amore Domini mei Jesu Christi, et ejus genitricis virginis Mariæ, facere monasterium in suis proprietatibus, in loco Cariadæ, juxta flumen Olona, comitato Sepriense; et ibi ab ipso monasterio volo facere pro amore Domini mei Jesu Christi, et ejusdem virginis Mariæ, et animæ meæ, atque genitoris et genitricis meæ, atque aliorum parentum meorum remedium ab ipso monasterio; casis, curulis, sediminas, et omnibus rebus, territoriis et familiis juris mei, quibus habere visa sum in eodem vico et fundo Cariadæ et in ejus territorias, aut ubi per alias locis infra ipsum regnum Italicum habere visa sum. Et iterum volo et judico illas monachas, quae in ipso monasterio præordinatas essent, habeant de prædictis casis et territoriis victum et vestitum, quicquid annue Dominus dederit, perpetuis temporibus ad suorum usum et benedictionem quod voluerunt, pro animæ meæ et parentorum meorum remedio. Et volo et judico, seu pro nunc meum iudicatum confirmo, ut ipso monasterio sit in tali vero ordine in potestate et consecratione Annexastii episcopi sanctæ Ticinense ecclesie et ipsius venerabilis locis, et ejus successoribus, ut pro omni anno per ferias de Domini nativitate debeant dare illa abbatissa, qui pro tempore in ipso monasterio præordinata erat, perpetuis temporibus usque in perpetuum candelas duas, valente denarios quatuor, canadas duas de vinum: seu et oblatas duas de.... ad ipsum episcopum sanctæ Ticinensis ecclesie, in domo ipsius sanctæ Ticinensis ecclesie: ut de illis episcopis, qui pro tempore in ipsum venerabile loco præordinati erant, alia super imposita fecerint plus quam sicut judicavit: tunc volo ego quae supra Manigunda, ut ipso monasterio habeat commendationem et consecrationem in potestatem sanctæ Mediolanensis ecclesie: et si datum in ipsæ sanctæ Mediolanensis ecclesie, sicut supra judicavit, quod dare debet dapar sanctæ Ticinensis ecclesie, et debet et facere dare et consignare abbatissa, quae pro tempore præordinata erat, ad domum ipsius sanctæ Mediolanensis ecclesie autistitis, per ante dictas ferias de Domini nativitate. Et si dapar ipsius sanctæ Mediolanensis ecclesie autistitis alia superimposita facta fuerit, quam supra judicavit: tunc volo et judico, ut habeat potestatem commendationem et consecrationem in qualibet episcopum ivi ipsa abbatis, quae pro tempore præordinata erat, cum ipsa munera, qualiter superius judicavit, alia superimposita eis da nulla par non fiat. Et si quis alios homines aut pontifex, aut episcopus, archiepiscopus, aut qualibet potestas eis fecerint, Dominum Patrem omnipotentem habeat retributionem, et cum Judam traditorem ante tribunal Christi babeat rationem ante ejus maiestatem ad omnia, sicut supra judicavit, omni tempore firmis et stabilis permaneat, quia sic decrevit mea bona voluntas firmum stare iudicatum in supradicto loco Cariadæ. Ego Manigunda, Deo dicata, ueste monialis induta sum, in hoc iudicato a me facto subscripsi. Signum manibus Vallerani de Abbiate, et Hildeprandi de Venegono. Iste testes Rimegasus in hoc iudicato rogatus subs. Ursus judices de domo regis rogatus subsc. Signum manibus Gundesfredi de vico Cariadæ, et Agnelli de ipso vico testes. Signum manibus Brunengoni, et Mambriti de vico Seprio, testes. Ego Dominicus presbyter et notarius hunc iudicato ad jam dicta Manigunda rogatus scripsi, post tradita complevi et dedi. Theurandus judex reluli exempla ex autentico edita subscripsi, et autentico bujus exempla vidi, et legi: et sic tenet in ipso autentico, sicut in ista legitur exempla, extra litteras plus minus. Arnaldus, qui et Bezo, judex sacri palatii, in hoc exemplo ex autentico subs, et autentico hujus exempli vidi, et sic tenet in ipso autentico, sicut in ista legitur exempla extra litteras plus minus. Nazarius, qui et Amizo, judex, autentico hujus exempla vidi et legi, et sicut ibi continebatur, sic in ista legitur exempla extra litteras plus minus. Ego Adam, qui et Hosbertus, notarius, hæc exempla ex autentico exemplari, et autentico hujus exempla vidi, et legi: et sicut ibi continebatur, extra litteras plus minus.

### XXXIII.

*Hildeprandi regis præceptum pro ecclesia Placentina. (anno 768).*

(Ex Mabill., ibid.)

Flavius Hilprandus rex ecclesie beatissimi martyris et confessoris Christi Antonini et Victoris, sita foris muris civitatis Placentinæ, ubi eorum sancta corpora requiescunt humata, et beatissimo patre nostro Thomæ episcopo custodi ejus. Dominus ac redemptor noster Jesus Christus, volens omnes per sanguinem suum pretiosum redemptos beatorum vita aggregare, etc. Idecirco manifestum est omnibus, quod non ante multum tempus, mereilibus .

Placentina est urbs ignis incendio concremata, et omnes munimina ecclesie vestrae, quae ab antecedentibus nostrorum tempore nunc usque fuerant facta, ab eodem incendio sunt combustae, per quibus ibi singulis fuere rebus collatis. Unde vestra almitas postulavit excellentiam nostram, ut per serenissimum nostrum praeceptum omnia quidquid nunc usque habuistis, prescribere ecclesie vestrae vel vobis deberemus firmare, etc., et firmantes in vos primum omnia quidquid ab antiquis temporibus nunc usque ecclesia ipsa possedit in casis, peculis, atque familiis utriusque sexus vel ætatis, simul etiam et monasteria, id est beatissimi in Christo apostoli et martyris Thomæ atque Syri confessoris prope civitatem nostram Placentinam, seu monasteria Florentiola et Tolla, atque Graviano, etc. Firmamus etiam vobis, ut omnes mulieres illas liberas, quae usque nunc, dum liberae essent, servis ecclesie vestrae in matrimonio tradiderunt, vel filiis et filiabus qui ex eis nati sunt. Ita sane ut sint proalumnæ, et habeant per caput unusquisque manduum solidos sexos, sicut vobis antea a bonæ recordationis domino et patre nostro concessa sunt. Similique modo firmamus vobis pensionem illam de sapone, hoc est libras xxx quæ palatio nostro ex civitate Placentina inferebantur, et ab ipsomet patruo nostro ad pauperes lavandum concessa sunt. Verum, quia et suggestisti nobis, quod a bonæ recordationis domino nostro concessa fuisse ex portu, quæ dicitur Codaleto, quando ibi naves militiorum applicaverint ad negotiandum, navem unam tuleritis ad usum pauperorum; nos vero juxta qualiter tibi ab ipso concessa est, et usque nunc tulisti, ita tibi firmamus, ut taliter tollas in ante sicut ipso vivente, etc. Ex dicto domini regis, et ex dictato magistri notarii scripsi ego Andreas. Acto Ticino in palatio sub die ii kal. Aprilium, anno felicissimi regni nostri nono per inductione xii feliciter.

## XXXIV.

\* Privilegium Ambrosii majoris domus regis Luitprandi (anno 713).

Dum in Dei nomine ex iussione piissimi et a Deo conservati domini Luitprandi regis directus fuisse. Ambrosius illustris major domus partibus Tusciae.... in civitate Aretina, ibique veniens ad nos beatissimus vir Lupertianus episcopus hujus Aretinæ civitatis ecclesie, suggestit nobis, eo quod multas violentias sustinuerit ab episcopo Senensi nomine Deodato de ecclesiis, vel plebis, quas a tempore Romanorum sedes sancti Donati possidebat. Hoc auditio fecimus suprascriptum Adeodatum una cum Taiperto castaldo Senensis civitatis.... in nostram venire presentiam; quatenus, cum jani dictus Lupertianus episcopus Aretinæ civitatis, de predictis ecclesiis causam dicere deberet: sed cum se ambae partes in nostris conjunxerunt praesentiis in curte [Al., curia] Domini regis, in loco qui dicitur ad sanctum Martinum; asserebat.... prænominatus

\* Hoc privilegium et sequentia ex Italia sacra ab Ughellio sunt excerpta.

▲ Lupertianus episcopus dicens: quod baptisterium sancti Felicis; baptisterium sancte Mariæ in Pacina, baptisterium sancti Viti juxta Vescona, baptisterium sancti Joannis; baptisterium sanctæ matris ecclesie in Sesciano; baptisterium sancti Andreæ in Maleno; baptisterium sancti Andreæ Asciano [Al. Asciano]; baptisterium sanctæ matris Ecclesie in Consena; baptisterium sancti Valentini in Uriano [Al. Urcino]; baptisterium sanctæ matris ecclesie in Castello Politiano, baptisterium sancti Viti in Rutigliano; baptisterium sancti Quirici in Osenna; baptisterium sanctæ matris ecclesie in Pava; baptisterium sanctæ Restitutæ, baptisterium sanctæ matris ecclesie in Misula, nec non monasterium sancti Angeli in Luco; monasterium sancti Petri in Axo, una cum omnibus ecclesiis, et pertinentiis suis: ad prænominata baptisteria, a tempore Romanorum imperatorum semper sedes sancti Donati ipsas ecclesiæ prænominatas ordinavit; et sacramentum in presbyteros fecit, et chrisma semper de eadem sede petierunt, et presbyteros, qui modo præsentes in istis ecclesiis esse noscuntur, antecessores nostri, et nos ibidem ordinavimus. Ad hæc respondebat prænominatus Deodatus episcopus Senensis civitatis; quod ecclesie istæ vel Tiocia [Al., Diocia], unde agimus in territorio Senensi positæ sunt, et ad Senensem ecclesiam debent pertinere, quia dum Longobardi Tusciam occupassent, in Senense civitate minime episcopus fuisse ordinatus: episcopus ille, qui in Aretino tunc temporis erat, ecclesiæ istas possidebat, et etiam, quod certum est, presbyteros ordinavit, et sacrationem in ipsas fecit, sed per nostram petitionem; eo quod Sena minime haberet episcopum; et postquam Longobardi in Italiam ingressi sunt, primum quidem tempore Rotarii regis, ordinatus est in civitate Senensi episcopus nomine Maturus, et si per vestram petitionem ipsas ecclesiæ ordinasset, cui eas nobis ab ipso episcopo, vel ab ejus posteris dimissa sunt, sicut eas antea tempore Romanorum possedimus sicut Longobardorum tempore, sine aliqua querela a jure sancti Douali, pertinuerunt semper, et ut completum cognoscas esse manuscriptum presbyterorum, qui fecerunt ad sedem sancti Donati, quando in honore suo, a nobis ordinati sunt, et ...., sacramenti ubi juraverunt D ad predictam sedem, secundum qualiter consuetudo est. Nunc nos qui supra Ambrosius, major domus illustris, dum ad tantorum annorum curricula possessionem sancti Donati in predictis baptisteriis, vel Tiociis [Al., Doceis] esse cognovissemus, justum nobis paruit, ut qualiter, quo tempore, quo Longobardi Italiam ingressi sunt, usque in præsenti tempore, sedes sancti Donati sèpius repetitus ecclesiæ possedit; modo, et deinceps sine aliqua taxatione, eas liceat canonico ordine iudicare, et ordinare, et nullam facundiam [Al., facultatem] habeat, neque Adeodatus episcopus Senensis, nec posteri successores ejus, contra Lupertianum, et successores

cius . . . . loquendi, vel causandi : sed in omni tempore in eadem deliberatione , ambæ partes debeant permanere.

Unde hanc notitiam pro perpetua firmitate Sigifredi unum notarium regis scribere admonulimus, facta notitia mense Augusti , regnante excellentissimo domino Luitprando rege anno III, indictione 2.

Actum in curte domini regis in civitate Senis.

### XXXV.

*Confirmatio Ambrosii donationis a rege Luitprando.*  
(anno 713).

Flavius Luitprandus per excellens rex viro venerabili patri nostro Luperiano episcopo. Obtulisti in presentia regni nostri judicatum illustris majordomi nostri Ambrosii , in quo continebatur, eo quod causa, quæ vertebatur inter te et Deodatum episcopum civitatis Senensis , de ecclesiis sanctorum Dei . in quibus baptismus consuetudo est faciendi, audierat, de qua respirasti ad nostram præexcelsam potestatem, per Aldion [Al., Aloinum] fidelem nostrum, ut ipsum judicatum qualiter a suprascripto Ambrosio finitum est, per nostrum præceptum firmare deberemus. Nos quidem ipsius audientes . . . et cognoscentes per ipsum judicatum , seu et per Taipertum castaldium ; quia tua jam dictæ ecclesiæ Lupertianæ longa est possessio ; propter mercedem animæ nostræ præsens firmitatis nostræ præceptum tuæ beatitudini emitti præcepimus ; ita ut admodum eas dictas ecclesiæ , quæ in judicatu leguntur, universæ in tua potestate, ordinatione, atque dominatione permaneant, sicut a longo tempore usque hactenus permanerunt . . . Ad te vel tuos successores futuris temporibus conserventur, et custodes in eas ordinentur seu et presbyteri, vel omnis ordinatio a vobis canonicæ et regulariter fiat, atque baptisterium, et nullam facundiam jam dictus Adeodatus episcopus contra te vel tuos successores habeat, aliquod de suprascriptis ecclesiis loquendi : sed nec de consecratione earum, aut presbyterorum, aut qualemcumque ordinationem , aut dispositionem : sed ut supra præfati sumus per tuam instantiam, atque per successorum prædictæ ecclesiæ ordinentur, atque . . . sicut lexus judicati noscitur contineri ; vel a supradicto Ambro-  
D sio desfiniuntur atque sanctum est. Quatenus ab hodierna die nullus dux, comes, castaldus, vel actionarius noster contra præsens nostræ firmitatis præceptum ire quandocunque præsumnat, sed ut supradictum est, jam præfata ecclesia in tua atque successorum tuorum permaneant potestate , secundum antiquam consuetudinem ex edicto domini regis per Posonem notarium, et ex edicto Sigifredi notarii.

Datum Ticini in palatio regio 6 die mensis Martii an. felicissimi regni nostri III, indict. 13, feliciter, et ut verius credatur de annulo nostro subtus sigillavimus.

### XXXVI.

*Donatio Luitprandi pro monasterio sancti Evasii*  
(anno 743).

Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi

A 743. Ego Luitprandus rex regni , et in omnibus apostolicæ sedis, et sanctæ Ecclesiæ defensor, do et concedo per hanc nostram confirmationis tabulam beato Evasio , et successoribus suis in perpetuum, quidquid habeo modo in meo dominio in hac civitate Sedulæ , sicut a prædecessoribus meis usque nunc in mea potestate teneo , civitatem cum vicis omnibus , et territoriis ejus montanis , et litoribus , et portibus, ita tribuo sancto Evasio cum cunctis hominibus. Qui hoc infringere tentaverit, sive dux, sive marchio, sive alia potestas, sciat se compotivum centum quinquaginta librarum auri, medietatem cameræ, et medietatem ecclesiæ præfatae. Ego Joannes, judex sacri palati , scripsi tabulam plumbeam in testimonium. Amantius de Valdebrat comes, et Flondonius episc. testes.

### XXXVII.

*Donatio Speciosi episcopi Florentini (anno 724).*

In nomine Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi, regnante piissimo, atque perpetuo a Deo conservando domino Luitprando excellentissimo rege gentis Lungubardorum, anno felicissimo regni ejus duodecimo, indictione septima feliciter. Et ideo Christo ductore ego Speciosus episcopus nimis peccator, et indignus per præsentem salutem, et æternam, sic volo atque dispono, qualiter Domino adiuvante de curte, et rebus in eis, quæ sunt positæ in loco fluviò Greve, ubi etiam Cintoria nominatur, infra plebe, et episcopio beati Joannis Baptiste, vel Reparatore martyris, unde ego episcopus esse videor, seu infra plebe , et territorio sancti Juliani, dicto septimo, qui fuerunt genitoris et genitricis meæ, exinde fieri debeat.

Ideo confirmo, et statuo, atque offensionis nomine offero, et trado tam supradictam curtem, quam et cum omnibus rebus ad ipsam pertinentibus... angariis, vineis, silvis, pratis, pascuis, locis aquariorum, vel ubicunque ad prædictam curtem inveniri potest pertinentibus in ecclesia, et canonica beati Joannis Baptiste, tam ad ipsos canonicos, qui modo pro tempore sunt, quam qui tunc futuri erunt, ut habeant firmiterque teneant, possideant, laborare faciant, et ex ipsis frugibus communiter se reficiant, et hæc chartula offensionis nomine firma et stabilis permaneat semper. Unde precamur prædictos canonicos, qui modo sunt, aut in antea venturi erunt per timorem Domini, sanctorumque omnium, ut pro me, meisque genitoribus Dominum deprecari non cessent, quatenus nostra remittantur delicta, et consequamur requiem sempiternam. Ideo nec ego quidem Speciosus episcopus, neque ulli episcopi, qui post meum decepsum sedem accepturi sunt sanctæ Florentiae ecclesiæ habeamus licentiam, et potestate in præfata curte, cum præfatis rebus ab illorum supradictorum canoniconum potestate, vel dominio retollerem, et aliorum hominum manibus deputare, nec per chartulam concambiationis, neque per convenientiam libelli, neque per illum incensum, nisi sicut supra diximus, ad illorum canoniconum, quæ

modo sunt, aut in antea futuri sunt usq[ue] ad finem & ejus xix, die kalend. Decembrium, indict. xiv fecienti, maneant potestatem: et quod fieri non credo, si forent quislibet ex successoribus meis episcopus, vel magna, parvaque persona suprascriptam curtem cum jam dictis rebus de potestate supradictorum canoniconum retulere, minuere, intentionare, litis causationem immittere praeuinperint, aut sicut supradivimus, per chartulam cambiationis, vel per convenientiam libelli ab illorum dominio surripuerint, tunc componitri esse debent poena nummorum per argenteum libras centum ipsiis canonicis. Insuper hoc in die magni examinis ante tribunal aeterni Iudicis, quando Christus cum omnibus angelis venerit judicare saeculum, mecum qui haec pro me, meisque genitoribus Deo, et predictis canonicis obtuli rationem conflicturus adsistat, et taliter ei eveniat in hoc saeculo, et in futuro, sicut quondam evenit Ananias et Saphirae, qui defraudaverunt pretium agri, et posuerunt ante pedes apostolorum, et sicut contigit Iudee Escariotis, qui Christum tradidit, cuius anima ejus anima sociata infernum sine fine possideat, et haec offensionis chartula omni tempore in sua maneat firmata.

Actum Florentiae feliciter.

Ego Speciosus episcopus hanc offensionem a me factam manu subscripsi.

Ego Detuldi archipr. rogatus a domino episcopo ss.

Ego Utto archid. rogatus a domino Specioso episc. ss.

Ego Alfusus primicerius rogatus a domino Specioso episcopo ss.

Ego Cillica presb. rogatus a domino Specioso episc. ss.

Ego Ermincio diac, rogatus a domino Specioso episcopo ss.

Ego Nora indignus presb. rogatus a domino Specioso episcopo ss.

Ego Gaudisco rogatus a domino Specioso episcopo subscripsi.

Ego Alfuso Iscaurino ss.

Ego Reparatus rogatus a domino Specioso episcopo ss.

Ego Dardanus scriptor hujus chartulae post testimoniū roborationem, complevi et dedi.

### XXXVIII.

\* **Donatio Wanfredi pro monasterio sancti Eugenii (anno 731).**

In nomine Domini Dei, ac Salvatoris nostri Jesu Christi, regnante excelsum regem Christum Filium Dei perpetuum regem, et salvatorem christianorum, atque domino praecelso Luitprandu Longobardorum, at famulum coelestis potestatis, anno regni

\* Adeodati temporibus, anno 731, Wanfredus Senensis civitatis pro Luitprando rege castaldius non procul ab ea urbe fundavit ecclesiam S. Eugenii abbatis, excitavitque monasterium ibidein, pro monachis ad expandas patrum suorum animas, quod monasterium summa pietate coluit, multisque donis nobilitavit, ut babetur in donationis documento,

& ejus xix, die kalend. Decembrium, indict. xiv feliciter.

Quisque in hoc saeculo, dum advivere meruit semper de aeterna vita cogitare, et peragere videatur, ut dum venerit adveniente sancti Dei iudicio, de gratia sua possideuda leviter possit ad vitam aeternam festinare, quod in hoc saeculo meliora esse cognoscitur, quam in Deo vivere semper, ut aliis Christianis etiam meliore mente ad vitam aeternam festinent. Ideoque ego Magnificus Warnefred castaldius civitatis Senense ecclesias beatissimi sancti Eugenii abbatis, et sanctorum singulorum beneficia, quae in ipsa ecclesia reconditi esse inveniuntur, et quia certum est, Deo, et omni eorum sacerdotio, vel exercitum Seueusium civitatis. Notum est eo, quod ante hos dies B pro redēptione animarum genitoris, et genitricis nostrae, et in remedium animae nostrae, et pro animabus parentum nostrorum, qui jam fuerer, et qui per futura tempora fuerint, ecclesias suprascriptorum sanctorum a fundamentis ædificavimus, etiam ibidem aliquantulum de propriis rebus nostris pro nostra redēptione offerimus, et per chartulam præsentem confirmamus, et in sacro altario ejusdem sancti Eugenii, manibus nostris posuimus. Modo quidem coelensis misericordia nobis inspiravit, et adhuc iterati de propriis rebus nostris ad ipso sancto, et venerabili loco monasterio sancti Eugenii offrre, et contra dare deberemus pro redēptione animarum nostrarum. In Christi nomine, in primis in curte nostra, quod prope fluvio Mersae in ca-ali, C quod nominatur Taurisiano, de quantum in præsenti die ad ipsa curte pertinet, omnia et integrum, ac ubi ego Warnefred castaldius una voliscum, et monachi sancti Eugenii in Christi nomine ædificare debeamus ecclesiam beatissimorum martyrum et confessorum Anastasii et Ililarii, et tamen ut ipso monasterio de iis permiserit nostra adimplere devotione, ut sub regula sancti Benedicti, et potestate sancti Eugenii, et de rectoribus ejus vivere, et permanere debeant, quia in Dei nomine damus ad ipso monasterio, vel ad suprascriptorum sanctorum virtutibus cicimari actor noster, una cum casas, vel abiacentia sua, quod a præsenti die . . . habere, et possidere visus est, cum omnia integra parte sua, vel cum omni ratione sua, quae a præsenti die, manu sua tenuit, vel excoluit, de nostra propria pecunia ad eandem curtem pertinente, omnia in integrum, una cum casa servanter, atque aldariva . . . singula casalata ad ipsa curte pertinente . . . in simul decem, et octo, id est in Orgia . . . Barisiano similiter Monteprario in primis in Orgia . . . casa Babulæ, casa Tederisciupoli . . . Item in . . . casa Gundula Alchon in . . . casa singuli Massario. .

multis tamen in locis exeso ob vetustatem, quod Jugula Thomasius retulit suis in historiis, asserit que in metropolitanæ operis archivo, una cum autographo existere ejusdem confirmationis diploma Alexandri III pontificis. Tabule vero donationis hanc sunt, ut jacent, ineptæ.

. . . Item in Barisiano casa Lucifredi Massario, et A casa . . . seu prescriptum casæ tam aldiari-  
cios quam et servulos, quia ad ipsa cum nostra per-  
tinuere, ubi . . . . . Manus suas,  
vel laboravere, cum omnia integras partes suas si-  
militer ad ipso venerabili loco . . . Alia por-  
ticella nostra in casali, qui nominatur Feriano prope  
montem Listinæ, quæ ei ipsa curticella excolare, et  
regere videtur per te . . . Actor noster, et una  
cum casa ipsius tende . . . bamaria vel cum omni  
portiuncula sua ubi . . . sua tenuerit, vel cum ca-  
sis massar . . . . ad eadem curticellam  
pertinentes nunc qualuo, duas, ubi in Bultriviano  
una . . . exercentes per Gadulo Alfredulo,  
Misangeilo, Fracculo massariis . . . similiter Aldi-  
dione . . . suprascriptio, case, ubi cum om-  
nia abiacentia sua, quod in praesente die ad manus  
suis possessis, vel justo ordine tenuere, similiter Gagiolo illo . . . et Gagiolo illo prope ipsa cur-  
te, ora præsepe circumdatu, una cum casa de fine  
Bultriviano, quæ ad singulos homines comparare  
visus sum . . . Sura usque Filesta, quæ mibi  
in comparatione advenit de Partulo... dusino, et  
Ursulo de Oppiana, omnia in integra hæc supra scrip-  
tas certes duas cum omnia, et in omnibus, quæ in  
praesente die sub se habere, vel suprascripti . . .  
cum omnia ad ipso sancto, et venerabili loco tradere  
visi sumus, simul et de Gagiolo nostro hic da Surra  
campo uno, etc.

## XXX X.

*Testamentum a Walprandi Lucensis episcopi (anno 739).*

In Dei nomine. Regnante domino nostro Astulpho rege, anno regni ejus v, mense Julio, indict. vii feliciter. Certus sum ego Walprandus in Dei nomine episcopus quia ex jussione domini nostri Astulphi regis directus sum in exercitu ad ambulandum cum ipso, unde sic dispensaro prævidi de omnibus rebus meis, ut dum ad vivere mer... in mea sit potestate vendendi, do iandi quid facere, vel judicare adhuc voluero, et si mibi occasio obvenerit, volo ut omnes res meas quæ addicata et non vendita, aut non do-  
nata remanserit, duas partes habeat ecclesia sancti Martini, ubi nunc præses et ego pontifex esse videor, et taliter, ut una pars de ipsis duabus portionibus, D quas in ecclesia sancti Martini feci, debeat esse in xe-  
nodochio, quia domino Talerperano episcopo hic fore muro civitatis instructum tertiam partem habebat ecclesia sancti Fridiani, ubi ipsum sancti corpus re-  
quievit, et quarta parte habeat ecclesia sanctæ Re-  
paratæ.

† Ego Walprandus in Dei nomine episcopus in hunc judicati pagina a me facta sicut superiorius legitur propria manu mea subscripti.

\* Valprandus Walperti filius, ducus Luce, eum-  
dem gessit episcopatum an. 732, reperiturque in  
pluribus monumentis nominatus, usque ad annum  
751, coenque in favorem sue ecclesie Titianum  
castellum. Pervenit ad meas manus exemplar quod-

† Ego Oporto exiguis dux jussu dom. Walprandi  
episcopi in hac pagina judicati propria manu  
subscripti.

† Ego Bruccio preab. rog.

† Ego Gualperius exiguis clericus rog.

† Ego... Orprandi subdiac. suprascr. scriptor.

## XI.

*Privilegium Rachisi regis pro ecclesia Placentina (anno 746).*

Flavius Ratbchis vir excellentissimus rex felici-  
ter. Ecclesie beatissimi martyris et confessoris  
Christi Antonini, et Victoris, site prope muros civi-  
tatis nostræ Placentinae, ubi sancta eorum corpora  
qui escutum humata, et viro beatissimo patri nostro  
Thomæ episcopo custodi ejus. Detulit sanctitas tua  
B præcessæ potestati nostræ præceptum cessionis, et  
firmitatis antecessoris Hilprandi regis, in quo legi-  
batur, eo quod dum civitas nostra Placentina, quod  
omnibus notum est, ab incendio fuerat concremata,  
et omnia uniuimiga prædictæ ecclesie tuæ inibi  
combusta sunt, sicut et aliis rebus, et ipse Hilprant  
per ipsum præceptum suum firmaverat omnia, que-  
quid ipsa sanctorum loca, et vos possidebatis, vel  
quod ve-tri possederant antecessores, sive de dono  
prædecessorum nostrorum regum, sive quod ab anti-  
quis temporibus fuerat possessum in casis, familiis,  
territoriis, familia, et peculia, vel quod a singulis  
hominibus inibi collatum fuerat, seu ex comparatio-  
ne, aut commutatione, vel undecunque habere, et  
possidere moderamine videbatis, simul et ecclesiæ  
C dicecesas tuas ibi per singula loca statutas, a vobis  
ordinatas, vel a vestris decessoribus fuerant, seu et  
monasteriis, id est beati apostoli et martyris Christi  
Thomæ, atque Syri confessoris prope istam civitatem  
nostram Placentinam; atque firmaverat in ipsa ve-  
nerabilia loca monasteria Florentiols, et Tolla, at-  
que Gravaco: unde et asserulatis, quod sub vestra  
fuissent tuitione, et rectores suprascriptorum a vobis  
præjudicio fuissent convicii, et canonica obedientia  
vobis impendantur. Nec non etiam et confirmavit vo-  
bis omnes illas mulieres, quas servi ecclesiæ vestre  
accepterant in conjugio cum filiis, filiabus, qui ex eis  
nati fuerant per alditiones habentes mundum per  
caput solidos senos, et concesserat inibi pensionem  
illam de sapone libras xxx, quæ palati nostri ex  
Placentina civitate inferebatur, et firmaverat vobis  
portum, qui dicitur Cotaleu, ubi naves militarem  
usum habeant vulatione illa de ripatico, vel justitia,  
quod et inde in palatio nostro veniebat, vos eam  
deberet tollere: nec non et concesserat in ipsa  
sancta loca vel vobis lectum Padi, unde ante dies  
cucurrit prope suprascripta civitate Placentina fine  
caput de rivo, qui dicitur frigido usque in fine de  
Spararia, et vobis propriis manibus suis tradide-

dam brevis documenti Walprandi episcopi an. 739  
scriptum, quod exstat in tabulario Lurensis episco-  
pii, et dignum visum est ut hic recensetur in memo-  
riam tanti præsulis.

rat. De quibus omnibus speravit a nobis Almitas vestra, ut in ipsa venerabilia loca vel vobis nostrum exinde renovationis, et firmitatis præceptum emittere deberemus. Nos vero attendentes Dei omnipotentis misericordiam, et vestram audientes congiaram petitionem, hoc renovationis, et firmitatis nostræ præceptum vobis fieri jussimus, firmantes in præscripta sancta loca, vel vobis omnia, sicut textus anterioris præcepti ejusdem Hilprandi continere videtur, et vos nunc præsentem tempore habere, et possidere rationabiliter videmini: quatenus ab hodierna die habentes hoc nostrum renovationis, et firmitatis præceptum securiter, ac firmiter ipsa supradicta loca, vel vos et vestri successores possidere valca-

**A** Temporibus Arialdi sive Arcadii, Clusinorum episcopi, Rachis cum Perusinam civitatem obsidione ciuisset, animique gratia per montes Ammatinos in agro Clusino aliquando spatiaretur, ex abiecte satis procula Servator humani generis inter duas ardentes facies sese illi obtulit per noctem. Rex, notato loco, ibidem deinceps celebre Ammatinum cœnobium in honorem Salvatoris construxit, amplissimisque atque inviolosis fortunis dedit. Cujus donationis favorabilis diplomatis exemplar hic exscribendum curavimus ex originario extractum, quod adhuc in ejus monasterii archivio asservatur cum sigillo effigie ejusdem Rachis regis quondam Longobardorum. Sed antequam illud demus, non ab re judicavimus hic rem totam referre, quam ex antiquissimo Codice pergamenio ejusdem abbatarie desumptius de fundatione ejusdem monasterii, cuius tenor talis est.

**C** Temporibus domini papæ Zacharie mortuus est Lupiprandus rex, faciunque est gaudium non solum Romanis et Ravennatis, sed etiam genit Longobardorum, qui Ildebrandum nepotem suum malevolum, quem ipse regem reliquerat, projecerunt de regno, Rachisque, qui dux fuerat, a Longobardis sublimatur in regnum. Ad quem ipse beatissimus pontifex continuo missa relatione petuit, ut benigne deconcerque regnum gubernaret. At ille ob reverentiam apostolorum principis, et ejus precibus inclinatus in viginti annorum spatium multa pace universum Italiam populum, qui eum regem elegerat, pacifice gubernavit. Ipis itaque temporibus Rachis Longobardorum rex ad capiendam civitatem Perusinam, utpote sibi inobedientem, vehementi prosector est cum indignatione, quam et circumdans fortiter expugnabat. Hæc audiens sanctissimus papa, continuo spe divina fretus, assumptus aliquantus ex suo clero optimis, quantocius ad eamdem perrexit civitatem, impensisque eidem regni plurimis muneribus, atque oppido eura deprecans, opitulante Domino, ab obsessione ipsius civilitatis eum amovit, cui et salutifera prædicans, Deo auctore, valuit animum ejus in spiritualis dogmatis inchoare studio, et post aliquantos dies ipse Rachis rex reliquens regalem dignitatem devote cum uxore et filiis ad beati principis apostolorum limina perrexit, ibique Dei nulu et sanctissimi papæ prædicationibus clericis effectus, monastico iudicio est habitu cum uxore et filiis. Qui divina charitatis igne succensus, pio animo solius Dei iussa adimplere conatur. Ispo itaque tempore memor voti, quod Deo fecerat, scitico se in Tuscæ partibus monasteria in locis habilibus editurum, si eum superius opifex sua ope coitus collata Romani pacifice ingredi permetteret, Deo soli deinceps militaturus ab urbe urbium discessit. Igitur dum prædicta loca usquequaque in Tuscæ partibus studiose perquireret, fama referente, quæ nihil occultari patitur, didicit quod in monte Miuto, in quedam habiliissimo loco et a frequenteribus bonum inimum segregato, pastores porcorum sepulture consueverant in quadam pulcherrima arbore lumen splendidis-

**A** mini, et nullus dux, comes, castaldus, vel actionarius noster contra præsentem nostrum novationis, et firmitatis præceptum audeat ire quandoque, sed omni tempore vobis, vestrisque successoribus stabili ordine præsens nostrum præceptum debeat permanere. Ex dicto domini regis per Andrearem illi referendarius scripsi ego Thomas notarius.

Actum Ticinio in palatio iv die mensis Martii anno 746 anno felicissimi regni nostri II. Iud. xiv feliciter.

#### XLI.

\* *Privilegium Rachis regis pro cœnobia Ammatino (anno 747).*

Rachis vir excellensissimus rex Erfoni venerabili

**B** sum modo trinum, modo unum cernere. Quod ipse Rachis rex, inno monachus audiens, ingenti repletus es gaudio, quia tale miraculum fieri minime putabat sine nutu divino: quapropter mox a latere suo ex optimis clericos, laicosque bene religiosos, et in multis probatos veridos persecutari omnem veritatem permisit. Interim ipse rex cum suis fidelibus trium celebrat jejunium Domini puro corde deprecans auxilium, quatenus ipse, qui est lumen verum, dicente Simeone: *Lumen ad revelationem gentium, legatis, quos pro tanta visione miserat, certius dignaretur rei veritatis monstrare indicium.* At legati ad montem suprascriptum venientes, pastoresque porcorum prædictos vehementi studio perquirentes meruerunt inventire, quod pio flagitabant pectora. Scriptum est enim: *Petite, et accipietis; querite, et invenietis.* Qua arbore a pastoribus monstrata prima nocte cum ipsis pastribus sancta caliditate custodientes; prima noctis vigilia sonno eorum oculos prægravante nullo, fulgorum splendidissimum de cœlo in arborem prædictam venientem viderunt. Ibique eis integre vigilantibus prædictis fulgor nunc trinus, nunc unus, per tres horas integras aperte visus est. Quid plura? Divinus ille fulgor ab eorum oculis statim evanuit, et ipsi tanta visione gaudentes, certatimque prius manibus sua pectora verberantes, Domini laudabant magnalia, qui se puro corde quarentibus sua non celat mysteria. Deinde noctis ejusdem secunda vigilia ille idem fulgor, qui prius venerat, custodibus trinus et unus apparuit per tres horas. Et inde rursus primo galli cantu regalibus legatis, pastoribus simul obnoxie vigilantibus, sicut iam bise venerat fulgor, venit igneus manens ibi per tres horas, sicut fecit primitus, ut Trinitas in unitate, et unitas in Trinitate ibi veneretur. Postea vero dum exorta lux redderetur terris, regales legatis tanquam ex uno ore dixerunt: *Hodie hic, et cras abatemii manentes sanctum celebremus jejunium Domini pura mente poscentes suffragium, ut ipse qui est trinus in unitate, et unus in Trinitate, ter nobis demonstret hoc idem miraculum, quatenus facit cordi, certiores postea ad nostrum redeamus dominum.* (Quorum Deus vota ab alto prospiciens petitioni eorum haud desuit, ut impleatur illius veridica promissio dicentis: *Amen, dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fieri vobis.* Nocte etenim veniente proxima et tertia fulgor ille, qui prius sicut nocte priori, trinus et unus ter refusit custodibus per tres horas, ut Trinitatis et Unitatis maiestas ibi ab omnibus indubitanter fuisse credatur. Mox imperiales legati visione tanta tamque firma testificati, arbore prædicta oculis, et animo bene notata ingenti cum gaudio repedarunt ad regem. Cui cuncta, quæ fecerant, et viderant, et quomodo eis divina pietate revelante acciderant, seriatim narrantes, non modicum intulere gaudium. Quippe, quod id, quod illius intimi præcordis animus flagitabat, et cœlitus divina pietas revelabat. His itaque gestis statim Rachis rex (et vere rex, non monachus), igne divinae charitatis

abbati deinceps futuris temporibus, patribus, seu fratribus cunctis. Cum preceptis Tonantis arbitriis speciali saepe muniamur insignia, celsa regalium sublimati in fascia habitum ad januas praebere juge polorum, et tali itinere plis incedentibus gressibus, ea quæ conveniunt subministrare solatis, opera pretium duximus inter salutarium monumenta virtutum, et temporalis lucri largiri subidia. Nam conveniens esse videtur iis qui ecclœstis regni optata gaudia perfruuntur, terrenis ut gaudeat opibus. Necesse enim constat esse propter adventantium hospitum susceptionem quietemque fraternalm, hac stabilitatem gentis nostræ, et regni opis unanime sanctæ congregacionis deferre: et quia cunctis patet te præfatum abbatem anxie ad monachalem habitum convolasse, contemnendo divitias parentum accola desiderans offici paradisi, atque impetrasse nobis ut vobis in remotiore loco terræ istius ædificandi monasterii largi potestatem votivum tui operis impletum esse prospicimus cursum; et ædificandi basilicam ad honorem Domini Salvatoris diversa tibi loca concessa sicut vestro relatuum cognovimus nos Deo præsule maxima devotione ad perfectum cupimus producere opus, et Christi famulis semper augmenta præbere. Quæ dona nostrum stabilitati firmamus monumentum, diversaque loca nominatim decernimus, id est casalia duo, quæ dicuntur Paliani, et Caselani, de ista duo casalia portiones tres, qui de uno capite tenentur in monte Amiato, et alio in Palia flumine, ab uno latere finis Suanense, ex alia parte adjacit casali sancti Philippi, id est pro fossato qui vocatur Palia, et pervenit in rigo, qui dicitur Rigule, inde vero extendit usque in monte Amiato, et jam, et alia loca de finibus nostris super muris scilicet Clusinis haec sunt casalia duo, qui vocantur Reodola majore et Reodola minore, qui regitur per Bonvaldo, et Cuiinulum, necnon Ursulizo et Martino cum uxoribus, filiis, et familiis, vel quantum ad manum suam habuit, haec sunt uncias 35, et ipsa terra, quæ vocatur Gualfridula, et casalibus, et terris cum filiis, qui vocatur Bitena, cum ipsa terra, qui vocatur Haundula, de uno lato est terra, qui vocatur Clantio, et de pede est Pojo, qui vocatur Arnanise per loca designata venit in Rivulo, et de alia parte est terra, qui vocatur Clausura, et de capite est via publica, et curte illa mea, qui vocatur Moxona, qui regitur per Magnuin, et Restitum L. Stephanum, necnon Ristulum Lonso, et Jordani Christiano, et Ronzino cum uxoribus, filiis, et familiis, et alia casalia, qui vocatur Erminule cum

accensus, montem jam dictum fidei petiti exercitum. At ubi vidit locum in qua predicta arbor erat amoenissimum ambientate nemorum, aquarumque præterfluentium abundautia habiliissimum, ingentes reuolut grates Creatori omnium. Postea stimulatus a suis, in cuius honore, et nomine ibi fabricare ecclesiam vellet, divino repletus arbitror dogmata, inquit, qui suæ insignia potestatis sic mirifice monstravit in lignum, et in ligno crucis genitio salvavi humanum, quod per ligni veritatem præsumptionem corruuit in infernum, in hoc loco. nisi illorū, ut nos regat, ac salvet incolumes,

A casis, et filiis, et familiis, omniaque ad manus suas habentia, cum duodecim uncias in ipsis casalibus aldiis per additiones servas, et servis utriusque sexus secundum pertinentiam suam, quod tuæ venerationi eo codianus ordine, ut sive in monasterium relinqueret, sive liberas dimittere in tua maneat potestate, s' militer et molinas tres, qui posita sunt in fluvio vivo cum casis, vel homines, et qui ipsas molinas regere videntur, et sicut tectas ipsis casis, vel molinas per taurula, et ursula cum omnia quicquid ipsis suas manus habere visa sunt, et sex uncias de terra adauximus illorum habendi similiter, et concessimus terras et silvas prope ipsas molinas, lacus, qui dicitur Cagiolo adveterreto Dominico simul in unum iugis numerum ducentis, et pertinere videtur iam B dictas casas, et molinas, vel terra cum silva de sub curte civitatis nostræ Clusinæ, neenon etiam concedimus tibi intra fluibus nostris Clusinis, et Suanenses singula loca, id est supradicto monte Amiato, ad locum, ubi dicitur Rivulo putrido, et venit usque ad Ripam albam, et inde per Serra venit per loca designata ad girum montis usque in rivo, qui dicitur Armine, et venit in rivulo qui dicitur Decadonem, atque exinde per arbores, et petras signatas usque in ripa de pratusecellus, et deinde in borto Laurentio, inde pervenit ad sanctam Mariam de Cantaria per arbores designatas, atque exinde vadit in viam publican, inde per Cajulo descendit in fossato capu, inde mittit in rivulo, qui dicitur Burzolino, et inde descendit in fluvio Ministerne, iude per signa, quæ sunt inter serram de rugia, et de alia parte est vicum Spargaria, de alia denique parte finis Clusinus per Serras de rugia venit usque ad puteum, inde stendit per arbores designatas in fluvio Palia emituit se in fossato sicco, inde per fossato sicco usque in terram sancti Philippi, habentes de fluvio Palia usque in casale sancti Philippi Sugis numerum centum quinquaginta sex, et ipsas Sugas per unamquamque habentes pedes sexaginta ad pedes munichis, inde vero de terra Philippi recte in montecello ad ipsas quercias, ubi sunt crucis factas desuper campo, ubi dicitur Campo presb. inde recte ad alia quercia, qui est circa semita, qui venit de Paliano, et vadit recte vico Lordoniano, et habet ecclaturas, inde vero recte in fluvio Palia indirecte intrat in fossato, qui vocatur Rigale, inde vero, ut superius legitur per fossato Rigale usque in monte Amiato. Quæ omnia tam arboribus terra umbrata, quamque aperta in tua maneat potestate, et tua declarat veneratio, et nostram excellentiam monstrat,

suimet flagitat fieri vocabulum. Quod cuncti, qui aderant, heroes audientes regem streuo usum consilio conclamavere. Sed mox incisis, radicibusque evulsis per circuitum loci illius arboribus, in quantum rei necessitas, famulatusque Deo exhibendus exposebat, ecclesia competens in honorem Salvatoris Domini nostri Iesu Christi apparatu celeri ibidem construitur, majori ibi auctori constructo, ubi arbor fœrial, in qua fulgor visus erat igneus. Post quod vero ecclesia ad unguem perducta est, regalibus eam mirifice decoravit numeribus,

atque omnia tuae venerationi, vel ipsius sanctae con-  
gregationi concessisse videtur. Videtur etenim nos  
pro futuris temporibus amplissimam firmitatem præ-  
fatas res per nostram firmam stabilitatem, quate-  
nus omnium a modo jura potestatum reclusa, securi-  
tam vos quam ipsa sancta congregatio possidere  
valeamini decenter, ut Domino devotas possetis di-  
cere laudes, videlicet villis, mansis, domibus, ser-  
vis, ancillis, terris, cultis, et incultis, silvis, pratis,  
pascauis, et redditibus, decimationibus, atque univer-  
sis, quæ ab eisdem, vel in eisdem utiliter, ac ratio-  
nabiliter accipi, vel fieri possunt sibi, suisque suc-  
cessoribus per hanc nostri edicti præceptalem pagi-  
nam perpetuo habenda censemus. Statuimus, atque  
firmamus quod in ipsis, ejusque successorum sit domi-  
nio prænominare curtes, et terras simul competenter  
regero, frui, atque ubi oportuerit, monachos ordi-  
nare omnium contradictione, inquietatione, ac con-  
tentione remota. Interdicentes omnimodis, et inter-  
minantes, ut nullus dux, aut marchio, episcopus,  
comes, vicecomes, seu dalchio, seu quis actionarius  
eiuslibet dignitatis, vel conditionis subliinis, humili-  
sive personæ contra hoc nostræ auctoritatis præcep-  
tum qualibet præsumptione, vel occasione agere,  
aut tentare præsumat. Si quis autem, quod absit,  
ausu temerario infringere ipsum parvipendendo,  
aut annulare præsumperit, debita ab eodem ultio-  
ne, centum auri libras exsolvi indicimus, mediata-  
tem cameræ nostræ, ac medietatem prædictæ abba-  
tie, suisque rectoribus, et perpetuo anathema in  
ignes abyaso ligetur. Et ut hoc præceptum absque  
omni inquietudine in sua soliditate, et stabilitate  
perseveret, manu nostra illud firmavimus ac more  
nostro insigniri jussimus.

Signum domini Rachis regis invictissimi.

Winchinghus archicancellarius ad vicem Ledemari archicapellani recognovi, et subscripsi.

Datum Idib. Maii, anno incarnationis Domini 742,  
<sup>a</sup> Indictione x, anno regni serenissimi Rachis regis in <sup>b</sup>.

Actum civitatis Clusinæ, in Dei nomine feliciter.  
Amen.

### XLII.

*Aystulphi regis privilegium, quod Nonantulano caro-  
bio concessit (anno 755).*

Flavius Aystulphus vir excellentissimus rex mona-  
sterio beatissimorum principum apostolorum Petri et  
Pauli sito territorio Mutineuse, loco qui dicitur No-  
nantula, et venerabili viro Anselmo abbati, seu cun-  
ctis congregationis ibidem consistentibus. Cum . . .  
nos non solum coram Deo, sed coram hominibus pro-  
videre monuit bona. Quid aliud docuit quam nos  
omnes diligere homines, maxime venerabilibus locis,  
et sapientibus de nostris opibus subvenire? Manifesta

<sup>a</sup> Scribeendum indict. xv, an. 747, quia anno 742 erat in vivis rex Luitprandus. Et annus 747 erat tertius Rachis. Vide Pagium in Ann. Baronii.

<sup>b</sup> Post fundatum autem Amphilatinum cenobium Rachis apud montem Casinum monachum induit.

A causa est, quoniam ante hos dies concessanna vene-  
rationi tuae silvam ex carte nostra Gena cohærente  
per loca designata ex una parte fluvio Panario, et ab  
alia parte usque punctiones, et suprascripta silva  
usque in rivo morteo, a tercia parte strata publica,  
a quarta vero, prædicta silva, et paludes una cum  
basilica beati Martini confessoris Christi, quatenus  
ibi jam factum cenobium construeretis sicut et factum  
est. Nunc autem postulavit venerationi tuae nostram  
præcelsam potestatem, et dilectam conjugem nostram  
Gisaltrudam, quatenus jam dicto monasterio, vltuæ  
venerationi jam dictam silvam, sicuti cohærentia dicta  
est cum omnibus, quæ superius sunt, per nostrum  
præceptum confirmare deboremus. Aqua de fluvio  
Gena ut ad cujuspiam hominis potestatem subtractam  
B non fiat, atque subtus strata publica nullus molendinum  
ædificare præsumat usque fines illorum fluminum,  
preter duos molendinos in curte Panciano ædificanda  
sine ipsorum licentia monachorum. Nos vero Dei  
omnipotentis confidentes misericordiam, et vestram  
congruam obaudientes petitionem, confirmamus in ipso  
sancto monasterio vel venerationi vestrae jam dictam  
silvam, juxta ut cohærentia dicta est. Confirmamus  
etiam in eodem sancto monasterio vestro insulam  
unam, que esse videtur inter Panarium et fossam  
que dicitur Munda per designata loca, ab oriente præ-  
dictus fluvius Panarius, a meridie villa Saliceto, ab  
occidente prædicta fossa Munda, et Militantia, atque  
silva communis, et de subtus fossa mortua existente  
in Panario, ut nemo in prædictis fossis vel flumine  
audeat molendinum ædificare absque consensu abba-  
tie aut monachorum. Nec non confirmamus tibi om-  
nes illas res, quæ ante hos dies tuae largivimus vene-  
rationi. Curtem quoque Canetulo in territorio Mo-  
tinensi cum omnibus pertinentiis suis, sive duas por-  
tiones de silva Lupuleto, seu silvam Mutinensem,  
Madegaticum, Caprinam, Pontenariam, et paludes  
Gromulenses usque in limitem decimanum, qui per-  
currit inter Gavanum et villam Ulianam, et de ipso  
limite in Panarium veniente, et de via decimanense  
habeatis communiter usque in fossatum finale cum  
Decimanense, et Ulianense secundum eorum cohæren-  
tias, atque ex ea parte fines Delamense in Casale Mo-  
denulam, et secundum vadit argine Saliso cum paludi-  
bus suis, seu vico Siculo cum omnibus pertinentiis suis  
in integrum, et porto cum ecclesia beati Petri apostoli,  
quæ ab ipsis ædificata est massaria nostris, uno ca-  
pite tenente in vico Guarcinense, veniente in Pau-  
rium, ex alio vero latere in finem Lamensem, et Buvium  
Scutonam, qui et Panaria deducendi habent licentiam  
ubicunque alio visum fuerit, et ne ullus inferioris ma-  
gnæve potestatis homo molendina, vel portum cum  
Sandonibus, aut naves in ipso fluvio, vel in Lavatri-  
nam ædificare audeat, aut punctionem facere, aut  
cum navilio pergere sine vestra licentia. Igitur se-

Deinde idem monasterium Carolus Magnus, tum  
redditibus, tum splendidis jurisdictionibus mirum  
in modum auxit. Quæ omnia Ludovicus inde Pius  
silius favoribili diplomate constabilivit anno 816.

cundum hoc nostrum præceptum silvas, et paludes, et campis per legitimos fines percurrentibus, item ex alia parte fluvium Genam conjungentem se in Busselone, et utrasque vias fluvii Panarii usque ad duodecim pedes in latitudine, sicut ad publicum pertinet. Stabilimus autem vobis, vestrisque successoribus, qui in sæculum sæculi in jam dicto beati Sylvestri Nonantulanensi monasterio pro amore Christo servierint, silvam unam in Gajun Lamense, veluti ad curtem nostram pertinuit per designata loca, ex uno latere fluvius Muchleina, tenente uno capite in Nmite posito, et alio capite in loco Cornio, et Fraxeno usque in casale Modenule, ac Ludria intrante Mudena, et a strata publica usque in Padum, et ut infra scriptis fluvii, Mudena, Lama seu Ludria, nullus audeat facere molendinum, nec portum ardificare, præter abbes, et monachorum molendina quantum fines illorum continent, et per Padum de subtus usque in fossam, quæ vocatur Canina, atque ex alia parte per Modenam in Josum usque in capite de prædicta fossa, et medietatem ex piscariis nostris in territorio Mantuanio in loco Sarmata, et Bondeno, atque alias piscarias in finibus nostris Regissanis, et Flestianis, sicuti vel quæ modo habemus, ad curtem regis in integrum, ex una parte currente fluvio Mudena, de alia parte fluvio Bondeno, unum in fossa caput tenente, quæ dicitur Fimana, seu villula, et laco per Floriana, sive fossa Scavanorum, seu Albaratum usque Vispinnam. Alio item capite in Pado tenente una cum arboribus, et limitibus, qui infra præscriptas coherentes esse videntur, omnia vobis, et posteris vestris in perpetuum confirmamus, tam silvas, quam pascua, seu limites, et paludes, omnesque alias fossas, et campos, seu paludes unde qualescumque piscationes sunt exeentes, vel intrantes a Trepuntio in Josum, quæ usque in logsam latam, et Cambarionem, cunctas fossas, et paludes, quæ sunt de fluvio Bondeno, id est Seclia, cum campis suis, et campum formigosum inter ponticulum, et lacum satuum cum ipso ponticulo, et orbies lacoras usque ad Grumam, seu syvam, et Lacorianum, atque terram, et ipsas lacoras per Trepontium, quæ de Bondeno exirent, et Spino, atque Trepontium in Bondenum, et lacum de Ulpino, simulque Tubum, qui exit de Bondeno in Porcariam, et Seyclam, atque ex alio latere Seyclam exiente de Ulpino, intrante in lacum de Turatino, Bucinelo, qui exit de Tubo mortuo, intrante in Cimarese, tenente unum caput in Canalicio, et aliud in Durazzino, simul etiam et campum de Durazzino, atque Bonosula, quæ ponit caput in Arcutas Arculus, simulque modo duas arculas contractionis lacos, et lacum de Fulgineo penente caput in Bondeno, nec non et Virginiana cum omnibus lacis, ac fossis quibuscumque piscariis, sicuti nos usque nunc ad nostras manus tenuimus, ut nullus magnus, aut parvus homo in omnibus supra scriptis piscariis absque vestra licentia, successorumque vestrorum aliquo modo piscare præsumat. Insuper propter vestram insignitam prædictam petitionem

A justo concedimus vobis, et successoribus vestris confirmamus monasterium sancti Salvatoris situm in Fanum cum universis legalibus ejus pertinentiis, et adjacentiis, terminis, et accessionibus, casalibus, alpibus, ripis, rupinis, planitiibus, cultis, incultis, aquis, aquarumque recursibus, finibus monte, et flumine, seu silva de Scopiano cum castro Sestula, monte Catino, Conianolo, et alpe currente, rivo Cerciliense, et Lardaniola fluvio percurrente. Nec non Masalizano, et Gabba cum viculis suis, id est Aquaviva, Rivo frigidio, Viliciatico, Saxo Siliciano, Epicla, Variana et Porcile cum montibus, vallibus, alpibus, silvis, servos pro servis, liberos pro liberis, cultum, et in cultum cum casis omnibus, quæ modo inde ædificata sunt, vel futuris temporibus ædificabuntur percurrentibus ipsis Massæ finibus. Ab uno latere fine Capuanense, et fluvio Cecla, ex alio latere Lardaniola Jugalo desuper ponente capite in monte Mulcelo veniente usque in Gajum Deginæ, desubius autem veniente uno capite in fluvium Lio. Sancimus ergo ut nullam potestatem habeant homines ibidem residentes de ipsa Massa, vel ejus finibus prænominaliter vendere per quemlibet titulum, neque extraneos homines illud vexare, aut introducere, nec placitum quis tenere præsumat, nisi rectores, et præpositi monasterii, et si per licentiam rectorum ipsius monasterii inter se vendiderint, censum solitum ad partem monasterii emptor persolvat. Quod si in ipsis silvis aliquis roncare fecerit, aut si peculia publaverit, redditum escaticum, seu caseum ad fratres Nonantulanos famulantes perveniant totum. Similiter etiam plebe sanctæ Mammas virginis constructam concedimus vobis, vestrisque successoribus ex ordine ut nullus episcopus Bon, vel aliunde in ea aliquid agere, aut ordinare præsumat, nisi tantum consecrationem, confirmationemque faciat, et presby' erum quem vos, vel vesiri successores idouem ibidem constitueritis, de potestate vestra nullatenus submovere præsumat, neque aliquam dominationem in conducta plebe facere, aut exinde quidquam tollere tentet. Et ut in omnibus silvis jam facti coenobii nullus comes, sive gastaldus, seu quilibet nobilis, vel ignobilis cum canibus, aut quocumque ingenio venationes exercere præsumat propter inquietudinem animalium monasterii. Nec non concedimus, ut in quibuscumque comitatis locis cellas acquisiveritis, aut villas, ubi silvae communes sunt, vestram semper portionem habere. Præcipimus etiam ut nullus in regno nostro Italico, vel Romano cujuslibet ordinis præfati monasterii servos, aut ancillas, qui fuga lapsi fuerint contra abbatem, aut præpositum, vel advocationem, cum investi fuerint, quoquo modo audeat retinere. Similiter donamus etiam præceptales . . . . videlicet 48 qui nunc sunt, vel futuris temporibus ex aliis esse voluerint, ut ad monachorum utilitatem peragendam habeant potestatem, remota vestra potestatis inquietudine. Igitur prodonamus vobis, et eidem sancto coenobio vestro, ut notarii in omni dictione regni vestri chartas judicata emphyteutis, et libellos scribant absque ullius

personae impedimento. Confirmamus etiam vobis, et prædicto monasterio vestro, ut . . . civitatem sive de Ferrariam, vel Comaclum, ut quamlibet ubilibet functionem . . . in quibuslibet locis, et civitatibus, seu clisis regni nostri, atque negotiis, sive de instrumentis chartarum disrumpendis, seu de advocatis quales, et undecumque eligere voluerint liberam habeatis potestati. Nec non et de inquisitionibus faciendis per idoneos homines de possessionibus, et rebus monasterii vestri per viginti annos, seu de placitis, et de pignorationibus vestrorum hominum, sive de immunitate, quæ est triconta libras argenti, et de via per Wialzachinum, seu de aqua fluvii Genæ ad Molendinum. Similiter et confirmamus vobis, et in præfato cœnobio vestro chartulas vestræ donationis, quas vobis Anscausus episcopus et Guidualdus medius emiserunt cum omnibus rebus illis in his, quibus in eis liberi homines per chartulas proscriptas contulerunt, ut firmiter vos et præfatum cœnobium possideatis. Mercata etiam in propriis ejusdem ecclesiæ agris et terris construendi licentiam habeatis, et conducendi ibidem diversa mercimonia, et negotiatores, cunctumque Tunoleum, et quicquid de ipsis mercatis exigi potest fratribus ibidem Deo famulantibus pertinere sine ullius contradictione. Jubemus itaque, ut quicumque ex liberis hominibus voluerit advocatus eorum hominum fieri, qui causas suas peragere ne- sciant absque alicuius potestatis injuria libera potestate persistere faciat, guardias eorum recipere volueritis, et abbas vel præpositus, seu advocatus, aut missus eorum reddere voluerit, nullus impeditre presumat. Addimus quippe vobis, vestrisque posteris, et in prædicto monasterio vestro, ut quæcumque persona nobilis, vel ignobilis in omni regno de sacro, vel sæculari ordine, ad prædictum sanctum cœnوبium refugere voluerit, aut res suas ibidem conferre quæsierit non comes, aut minister publicus videlicet missus noster, et contradicere audeat, sed liceat ei libera potestate de se, suisque omnibus rebus quidquid voluerit in eodem monasterio conferre. Volumus quoque, et concedimus, ut quandoquidem divina votatione abbas ipsius monasterii, ejusque successores, . . . de ipsa congregatione qualis inter se dignorem invenerint, licentiam habeant eligendi abbatem. Iterumque concedimus vobis, vestrisque successoribus, ut de singulis navibus portaticum libera vestræ exigatis potestate; statuimus, et modis omnibus jubeimus, prout supra dictum est, quatenus in prædicto monasterii res nullas superioris, vel inferioris ordinis, vel episcopus, aut comes, aut gastaldus, vel rei publicæ proximior in qualibet prædicta invasionem facere audeat, ullo in loco non ad causas judiciariorum audiendas, vel fienda, exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, vel perafredos, aut fidejussiones tollendas, aut homines tam ingenuos, libertos, quamque servos super terram ipsius ecclesiæ manentes, sive emphyteuticarios, et suprascriptos . . . nullo modo distrugendos, nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones, vel illicitas occasiones inqui-

A rendas consurgere audeat, vel exigere presumat, sed liceat vobis, et vestræ posteris cum omnibus rebus vobis subjectis, atque hominibus sub immunitatis vestræ defensionis quieto ordine consistere, ac pro nobis, nostraque conjugi, totiusque regni nostri similitudine Dei misericordiam delectabiliter exorare. Præcipimus insuper, ut nec vos, nec futuri abbates audeant aliquorum hominum potestatem conferre scriptiones sine nostra, vel filiorum nostrorum ius- sione, aut consilio, vel consensu omnium monachorum, aut injuste disponendarum rerum munerationem delegare, nec ullus monachus aliqua presumat confirmare scriptio, qui sua probatur non esse potestatis; quod si fecerit, robur nullum obtineant. Conferimus etiam vobis, et in ipsum vestræ sacrum cœnوبium olivetum unum in luminaribus ecclesiæ posite prope castellum Aginelli, quod pertinet de curte nostra Luense, et duas casas mœsa i- tias ex ipso curte, quæ regebantur per Manfridum et Fulculonem germanos, et nepotes eorum Crespalo, Lucciolo et Bertulo. Quin etiam produnamus sanctitati vestræ, vestrisque posteris in perpetuum, ut ex ipso sancto cœnوبio, et rebus, quas vobis, et ibi contulimus, vel futuris temporibus acquirere Deo proprio potueritis tam vos, quam posteri vestræ, nullum servitium, vel donationes a nobis exinde exigantur pro benedictione in quadragesima majore 40 lucios, et in quadragesima sancti Martini similiter per missum ipsius monasterii consignatos in Papiam, aut in Mantuam, sive si fuerimus Ravennam. Cedi- mus et vestræ reverentiae, successorumque vestrorum in sempiternum, ut habeatis licentiam retia trabenda per Padum ad pisces maiores minoresve capiendos, a Iaco, qui dicitur Fossum, usque in mare, et ubicumque in omni regno nostro habeatis nunc, vel habueritis in futuro, sylvas communes ha- beatis, et piscarias si ibi sunt, ac cæteri homines una cum mediata de porto in aqua longa, quæ est juxta strata publica, et pertinet de curte nostra civitati novæ. Unde reliqua mediata ecclesiæ sancti Geminiani habere probatur, atque granum illum quod annue colligitur de portatico in curte nostra, quæ sita est in civitate nova, de quantum pro ipso colligitur portatico, quatenus ab hodierna die nostrum habentes serenissimum præceptum, ipsum sanctum monasterium vestrum firmiter superius comprehensa valeatis possidere, ut nullus episcopus, vel clericus, dux, comes, gastaldus, vel actionarius noster, aut quispiam magnus, parvusque Gasindus contra hoc nostrum firmitatis præceptum audeat ire quandcumque, sed omni tempore, in jam sancto monasterio vestro, vel vobis successoribusque ve- stris stabilitate permaneat in perpetuum. Si quis autem hujus nostræ inscriptionis temerario ausu violator exstiterit, et banc nostram jussionem per omnia non observaverit, sciit se compositurum centum libras auri optimi, mediatalem in palatio nostro, et mediatalem supradicto monasterio vestro. Concedimus insuper omnia vobis, vestrisque successoribus in

perpetuum, ut si, quod absit, quicunque rex, vel A imperator, seu quilibet sacræ legis canonici, aut præceptorum prædecessorum nostrorum regnum, vel futurorum, contra hoc nostrum præceptum donationis intentaverit, aut cœnobium prædictum vestrum, sive res ejus in fratrum stipendiis collatas, et pauperum Christi deminorare presumpserit, aut in aliquo alicui per beneficium, vel pro quocumque ingenio dederit, liceat vobis, vestrisque posteris cum omnia, quæ suprascripta sunt, cuilibet sanctæ sedis apostolice PP. sive imperatoribus, atque regibus, seu aliis quibuscumque regibus catholicis subdere potestatis, et veluti sæculum hominum secundum ritum antiquæ legis per regum præcepta sua firmata tenentium securiter tenere, possidere, atque tradere, quæ vobis placuerit. Et ut certius ab omnibus creditur, inviolabiliterque a cunctis fidelibus præsentibus, futurisque observetur, annuli nostri impressione subitis jussimus sigillari. Ex dicto domini regis per Theut. per præceptum ill. regis scripsi ego protopotarius.

Data in palatio Otalii x die mensis Februarii an. felicissimi regni nostri . . . per ind. vii feliciter, anno Dom. Incarn. CCCLIII.

Actum Papia in Christi nomine feliciter.

### XLIII.

*Capitulum Arichis principis pro ecclesia sanctæ Mariæ Beneventi (anno 769).*

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Arechis Dominus vir gloriissimus, atque summus dux gentis Longobardorum, per rogum Arnoaldi abbatis nostri, absolutionem ecclesiæ sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, et sancti Martiani, quain quondam Gardino abbas a novo fundamine visus fuit in loco qui dicitur Platea, secundum qualiter per suum membranum firmatus, et absolutionis, quod Joannes venerabilis episcopus sanctæ sedis ecclesiæ nostra Beneventanae prædictio Gardino suo annulo sigillatum emisit: Nostra quidem gloria potestas, iuxta membranum ipsius Joannis episcopi in prædicta sancta ecclesia hoc nostrum absolutionis præceptum firmavit in ea ratione, ut tantummodo ad sacrum nostrum palatium audientiam habere debeat, sicut et cætera nostra monasteria in nostra sint semper potestate ordinandi in ipsa nostra ecclesia, qualiter nostra eximietati placuerit, et a nullo episcopo hujus sanctæ sedis ecclesiæ nostra Beneventanae, vel a quibuscumque sacerdotiibus unquam requiratur in sua jurisdictione, nec nullus ex nostris gastaldis, aut actionariis, vel quisquam homo contra ea, quæ nostra firmavit potestas agat, sed perenniter in sue arbitrio libertatis, qualiter nostræ clementiae placuerit, vel nostris successoribus, ipse sacerdos qui ibidem ordinatus fuerit, libero nomine vivere valeat. Quod vero præceptum firmatus, et absolutionis ex jussione nominatæ potestatis, scripsi ego Enerissus notarius.

\* Joannes II sub Zacharia papa Gisulpho duce, et Arichi Beneventanorum principe vixit. Gisulphus autem Joanne præsule cœpit aedificare templum in Be-PATROI. LXXXVII.

Actum Beneventi in palatio, mense Aprili, in-dictione septima.

### XLIV.

*Donatio Teducii pro ecclesia Reatina (anno 772).*

† In nomine Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi. Regnante domino nostro Desiderio, et Aldechilio filie ejus piissimis regibus, anno regni eorum xviii. Ego in Dei nomine Teducius excellentissimus dux donamus, atqne concedimus Isermundo sanctæ sedis Reatinæ ecclesiæ venerab. episcopo pro redemptione animæ nostræ. . . . res, quæ a nobis satis pertinet, hoc est res ipsæ in territorio Reatino in loco, ubi dicitur Colline, ipsa curte de Varanis cum xxii mansos, et cum ipsa ecclesia sancti Manni, quæ est ibidem ædificata cum terris, vineis, et cum omnibus pertinentiis ejus cultis, et incultis, et cum omnibus ædificiis illorum, cum servis, et ancillis, sicuti nostræ potestatis est cum campis, et silvis, cum montibus et planitiis, cum selectis, et pratibus, et decursis aquarum, omnia in omnibus, sicut supradictum est, concedimus dictæ ecclesiæ et ejus successoribus. Insuper concedimus prædicto episcopo suæque ecclesiæ, suisque successoribus totam terram, ubi dicitur Mancianum, et . . . . cum ipsæ ecclesiæ, quæ ibidem sunt ædificate tam in montibus quam in planitiibus. Insuper dedimus jam dicto episcopo etiam supradictæ ecclesiæ, suisque successoribus in territorio Narantino, in loco qui dicitur ad Ultimum casas xii quæ lo-guntur per Mellitum, et Palumnum, Rac Ursillum, et cura fratribus, et filiis eorum. Hæc omnia concedimus qualiter supra legitur, ut dictæ ecclesiæ firmum, et stabile permaneat nostrum donum, et a nullo nostro colono, vel clientulo, seu nostro actore sibi, suisque successoribus aliquando contradicatur. Ex jussione nostræ potestatis scripsi ego Langiarius notarius.

Data jussio in curte nostra in Sabeli anno Durati nostri In Dei nomine x, mens Junius, ind. x, sub eodem actionario, et Fabinario conductore.

Signum Theuduici, qui hanc.... rogavit.

Signum manu Albiminaci comitis rogatus testes sumus feliciter.

Signum man. Anastasii rogatus.

Signum man. Arderardi.

Signum man. Creventii rogatus testes sumos.

Ego Cencius S. R. E.... civis Romanus natus Trans-tiberim tamquam inveni in.... scripta per manum præfati Langiarii notarii bonæ memorie taliter scripsi non sponte addidi, nec minus complevi, et ab-solvi.

### XLV.

*Privilegium Arichis pro ecclesia et monasterio sanctæ Sophiae (anno 714).*

\* In nomine Domini Salvatoris Jesu Christi.

Regina dives opum mihi pulchris instructa gemmis excrescere cœpit, dum diversa gemmarum metallo-rumque genera redundarent, et alia multa: quidquid

nevento, quod Greco vocabulo sanctam Sophiam, id est sanctam Sapientiam appellavit, ut Ostiensis in Chronic. narrat lib. i, cap. 9, quod morte præven-

fere Iudus, quicquid a se vana Creta, et mollis mit-  
lit Arabs, mandatque nigrae pellis Aethiops, et ve-  
stimenta Seres, huc mentis quæ inventio, huc illucque  
ad usque mundi originem, finemque duxit, considerans  
quid fuere præterita, quidve sint præsentia,  
quidve erunt futura, omnia sub sola physica conje-  
cta vanitatem ratus sum; quorum essentia, ortus,  
tentatio, labor, et mors. Nil ergo rerum copia prode-  
rit, nisi Deo possessori oblata. Quingentos prisco-  
rum reminiscimur annos olim transcenduisse. Vix jam  
sexagenarium ætatis contingit: etenim si quosdam  
ad centum retulimus pervenisse æstuant, ut saltum  
nocte quietem habere queant. Si novis alios incoluni  
dulcedine opibus esse politos, nunc amarissimam de-  
flent possidere egestatem. Cuncta quidem præter-  
eunt, deteriora quæque, breviaque sequuntur. Jam B  
mundus ingemiscens, egestatibus angustatus, mori-  
bius diffingit: Salvatoris voce, cœlum terraque  
transire dicuntur; præsertim mortales fragiles, quo-  
rum vita quasi flos egreditur, ac velut lampas appo-  
sita vento rapitur. Nil igitur utilius, nilque salubrius,  
nisi futurae vite semper meminisse, quo omnia per-  
gunt, et anticipantes nostra Domino offerre, ut in  
coelestibus, et æternam vitam, et quietem perpetuam  
indelicientes, veras divitias habere, atque obtinere  
semper valeamus, sicut idem coelestis Magister disci-  
pulos docens pollicetur: *Nolite thesaurizare vobis the-  
sauros in terra, ubi aerugo et linea demolitur, et ubi  
fures effodiunt, et devorantur: thesaurizate autem vo-  
bis thesauros in cœlo.* Et reliqua. Nempe difficultissimum  
est, aut grates referre, tantaque pro Deo portare  
quanta pro hominibus miseratus pertulit; cum esset  
Dominus maiestatis, rex angelorum, cœlitus humil-  
luma terræ petiit, servilem dignatus induere formam,  
sponte sese scelerata intulit neci, et resurgens æterni  
Patri repetivit gloriam reliquens exemplaria, ut,  
inquam, in vestigii caleni inoffenso pede gressum  
ponamus. Itaque quia pro me passus est, et quidem  
ex bona voluntatis bilaritate quæcunque supra infra  
dicenda sunt, obtuli, non mea, sed quæcunque sunt  
Dei appetens: multa quidem, et innumera mihi do-  
navit perfaci quibus indignus mereor. At ego, qui  
fragilis creatura sum, Arichis eximus princeps, ca-  
ducæ vite casus percurrent, et perennis immortalitatis  
opes ad ipsi cupiens, credo quidem, nec vana  
spe divinitus inspiratus consecravi aulam tuæ sanctæ

A Sophiæ nomine qui es vera Domini sapientia, Chri-  
ste; in qua etiam xenodochium puellarum extrahens,  
obtuli ex tuis donis, atque datis: in primis ecclæ-  
siam sancti Benedicti, loco qui vocatur Xenodochium,  
quod positum est juxta ipsum monasterium, cum  
omnibus sibi pertinentibus. Hoc etiam statuimus, ut  
præpositus jam dicti sanctæ Sophiæ monasterii ibi  
sedeat, ibique sit porta ad hospites suscipiendos; pro  
quo et addimus, ut decima omnium frugum ibi an-  
nualiter ex monasterio detur ad stipendum peregrinorū;  
et sicut ab antiquis rectoribus prædicti sancti  
Benedicti ecclesia possessa fuit, amodo, et deinceps  
sanctæ Sophiæ monasterii potestati subjaceat. Sed et  
ecclesiam sancti Petri principis apostolorum, quæ  
ædificata est in galo largiti sumus in territorium mo-  
nasterio sanctæ Sophiæ; a fine venatoris per serram  
usque in Strassilum inter duo tora; et per Carbona-  
rium de Oaculo, usque in Anem de novo Frontino;  
de alia vero parte primum per viam publicam usque  
ad fluvium Calabium. Deinde usque in terminum, qui  
dicitur a Latre. Ea concessi equidem sanctæ Sophiæ  
monasterio. Porro casæ numero haec sunt. Casa quæ  
regitur per Maurissionem cum uxore, et filiis, et  
omnibus sibi pertinentibus: casa quæ regitur per  
Francaldum cum uxore, et filiis sibi pertincentibus:  
casa quæ regitur per Anselmum cum uxore, et filiis,  
et omnibus sibi pertinentibus; casa quæ regitur per  
Ferrandum cum Germani et uxoris, et filiis, et  
omnibus eorum: casa quæ regitur per Scilicetum  
cum uxore, et filiis suis, et omnibus sibi pertinenti-  
bus: casa quæ regitur per Vimulum cum uxore, et  
filiis, et omnibus sibi pertinentibus. Hic omnes cum  
mobilibus, atque immobilibus, et pascois, et omni-  
bus sibi pertinentibus, qui fuerunt de judicaria Fo-  
roaldi mare pacis nostro; necnon ecclesia sancti  
Abundi, quæ sita est in galo nostro Paline: nostra  
vero potestas circa ipsam ecclesiam concessit terri-  
torium in sanctæ Sophiæ monasterio modiorum du-  
centa: necnon et ecclesia sancti Mercurii, quæ po-  
sita est in jano nostro; et de ipso jano circa ipsam  
ecclesiam largiti sumus terram modiorum quingenta:  
sed et ecclesiam sanctæ Reparationis, quæ in ipso jano  
posita est, potestatem concessit in monasterio sanctæ  
Sophiæ territoria modiorum centum: necnon et ec-  
clesiam sancti Magni, quæ ædificata est in jano nostro  
Noceto, et circa ipsam ecclesiam largiti sumus in

D  
patræ, oblationes omnes, tam vivorum quam etiam  
mortuorum, quæ in eodem monasterio, a quoque  
hominum genere datae, seu oblate fuerunt, seu omni-  
nes homines illos, qui tanquam res suas sive iter  
monasterio offerunt, hæc omnia monasterio sanctæ  
Sophiæ concessimus possidenda. Quid præceptum  
oblationis ex jussione, et dictatu nostræ potestatis  
scripsi ego Evaldus notarius. — Actum Beneventi in  
feliciissimo palatio in anno decimo septimo mense  
Novembri pro ind. xiii feliciter. — Et documentum  
anno salutis 774. Arichis principatus 17, cum regnare  
cepisset anno 758, Februario mense. In eadem Ciron.  
plures Arichis donationes eidem monasterio libera-  
llissime factæ leguntur: ex iis præ ceteris ampli-  
simam codicem anno clarginam hic exhibemus.

tus explore non potuit. Arichis, qui ei successit, mi-  
rifacie illud perfecit, datumque amplissimis prædiis  
et opibus, ibique sanctimonialium cœnobium, sta-  
tuit, et Casinensi monasterio subjicit, in eoque Go-  
rimbergan sororem suam germanam abbatisam or-  
dinari fecit. Ipse vero princeps cum invidiosis opibus  
hoc monasterium ditasbat, se fundatorem ejusdem  
vocat in concessione oblationum, jam virorum, quam  
mortuorum, quæ recensetur in Ciron. hujus cœnobii  
apud me ins.

¶ In nomine (inquit oblatio) Domini Dei Salvatoris  
nostri Iesu Christi, dominus Arichis piissimus, atque  
excellensissimus princeps gentis Longobardorum, di-  
vina præmonitus manu, offero ecclesiæ sanctæ So-  
phiæ, quam a fundamentis ædificaví, pro redemptione  
æternæ vite, seu, pro salvatione gentis nostræ, et

monasterio sanctæ Sophiæ terram modiorum centum : A quantum presbyter ipsius ecclesiae, absque palati concessione tenebat. Sed et ecclesiam sancti Joannis, quæ fundata est in jalo nostro casa Polluci ; et ab ipsa ecclesia largiti sumus in monasterium sanctæ Sophiæ territorium, hoc est ab ipsa ecclesia in fluvio Pertore , ubi Vaccina flumen se conjungit, et de ahi latere quantum clausum habere videtur, et vineas quæ ibidem posita sunt : necnon et ecclesiam sancti Angeli, quam ædificare præcepimus in loco qui dicitur Altissimus, et ex ipso galo circa ipsam ecclesiam largiti sumus in monasterio sanctæ Sophiae territorium longitudine millaria duo, latitudine autem unum, et concessimus in nominato monasterio sanctæ Sophiae condomas 4 ex ipso Cataldo. Necnon ecclesiam sancti Martini, quæ posita est in Motolo, in nostro territorio, ubi Maurus presbyter sedere videtur, cum omnibus sibi pertinentibus, sicut ipse presbyter per suam chartam omnem conquestum suum sanctæ Sophiae monasterio tradidit : similiter et substantiam quæ sub nostro palatio supradicti sancti Martini ecclesiae tradidit. Nostram vero potestatem omnino hic in sanctæ Sophiae monasterio firmabimus possidendum, et concessimus nominato sanctæ Sophiae monasterio ex ipso galo Motula territorium millaria duodecim. Necnon et ecclesiam sancti Archangeli, quæ sita est in galo nostri palatii, et constitutimus, atque concessimus sancta Sophiae in ipso loco Cortes, et condomas sex cum uxore, et filiis suis. Necnon, et ex ipso galo territorium millaria novem. Sed et ecclesiam sancti Stephani protomartyris quæ posita est in strada, quam Rimus abbas a fundamentis ædificavit, et per suam chartulam ipsam ecclesiam cum omnibus sibi pertinentibus, monasterio sanctæ Sophiae tradidit, nostra vero potestas omnia in monasterio sanctæ Sophiae firmavit; et concessit supradicto sanctæ Sophiae monasterio de galo nostro territorium, scilicet quod est supra sanctum Stephanum, usque in aliam viam publicam, et per longam usque in strada malorena, qui vadit in torrentem. Et concessimus in monasterio nominato conditam nostram in Canni, id est cum uxore, et omnibus sibi pertinentibus : necnon et ecclesiam sancti Angeli, et Marie, quæ posita est in galo nostro Mancere, largiti sumus et in monasterio sanctæ Sophiae vineas, et territoria, quæ presbyter ipsius ecclesiae sine palati donatione tenebat. Et insuper concessimus in eodem galo pascuam ad peculia monasterii sanctæ Sophiae, sed et ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ sita est in Alifa, loco qui dicitur Massona cum omnibus sibi pertinentibus, sanctæ Sophiae monasterio concessimus possidendum. Sed et ecclesiam sanctæ Modestie, quam Leomianus ædificavit, et per suæ offertionis chartulam omnes potestates suas eidem ecclesiae obtulit, et nostra potestati prædictam chartulam tradidit, ut in nostro semper esset judicandi arbitrio. Quam et ecclesiam nostra potestas sanctæ Sophiae monasterio firmavit possidendum. Sed et ecclesiam sancti Stephani, quæ sita est ante civi-

Batem Beneventanam prope sanctum Paulum, quam Trasoaldus clericus possidere visus fuit, et sicut sortem suam ipse Trasoaldus in prædicta ecclesia obtulit nobis, et quod ad nostram pertinuit potestatem, ipsam ecclesiam cum omnibus sibi pertinentibus monasterio sanctæ Sophiae concessimus perfruendam. Nec non et ecclesiam sanctæ Sophiae, quam Garobin abbas a fundamentis ædificavit, ubi et omnes facultates suas obtulit, et nobis offertionis chartulam tradidit, ut in nostro esset arbitrio judicandi ; nostra vero potestas monasterio sanctæ Sophiae confirmavit possidendum : necnon et ecclesiam sancti Gregorii, quam Felicitas ancilla Domini a fundamentis ædificavit, et per suam chartulam omnes facultates suas eidem ecclesiae obtulit, et eo quod ad manus nostræ potestatis pertinuit, eamdem ecclesiam sanctæ Sophiae cum omnibus sibi pertinentibus confirmavit possidendum. Concessimus etiam monasterio sanctæ Sophiae substantiam, quæ fuit Craderii filii, quam legibus per culpam suam perdidit, eo quod contra statuta animum [forte nostrum] consiliatus est, et furatus est nobis decem millia solidos de quibus unus nec comparuit : et pro his duabus perfidis offensis, equidem substantia ad nostræ potestatis manum pervenit. Itaque dum legibus ad nos pervenit, prædicto monasterio sanctæ Sophiae integrum concessit possidendum, servos, et ancillas, universas cortes, casas, campos, prata, territoria, silvas, agros, mobilia, et immobilia, quæque haberet nominatus Graderius prædictus : sed et substantiam germani equidem, qui cum ipso familiarites contra nostrum animum est consiliatus ; et pro alia culpa, quod uxorem suam, nomine Simpliciam, quam in medio nostri palatii, sine culpa occidisse visus est ; unde pro ipsa culpa debuit componere secundum legem solidos mille ducentos, et propter tam iniquum consilium, omnis substantia legibus ad nostram devenit potestatem ; nostra vero potestas omnino integra, eam substantiam, quantum ipse possidere visus fuit, in monasterio sanctæ Sophiae concessimus perfruendam : sed et substantiam aliquam Domini ancillæ, quæ, derelicto religionis habitu, Tauro filio Ranifoni, illico se tradidit matrimonio ; unde secundum edictum, et ejus tenorem, omnis substantia ad nostram denuo devenit potestatem ; nostra vero potestas omnem hujus Aliperge substantiam integrum, una cum ipsa Aliperga monasterio sanctæ Sophiae tradidit possidendum : sed et Condona Impronellæ, hi sunt filii Aroaldi servi nostri, quos Stephanus stratos per præceptum falsum liberavit, et res eorum abstulit ; sed legibus servi, et res earum ad nostram potestatem devenierunt. Similiter et in Robbiano condoma una nomine Ursi, cum uxore, et filiis suis, quain nominatus Stephanus falso tenebat, ad nostram potestatem pervenit : nostra vero potestas has condomas cum omnibus sibi pertinentibus monasterio sanctæ Sophiae donavit possidendas. Sed et substantiam Euphemie, filie Arichis, quæ se religionis habitu in monasterio sanctæ Sophiae tradidit, cum omnibus

suis facultatibus, tam maternam, quam paternam omnem suam pecuniam, quae tam illi ex parte sua quam sororibus contigit, omnem suam portionem, mobilia, et immobilia omnia, et in omnibus integrum, praedicto sanctae Sophiae monasterio tradidit; unde et per hoc concessimus praeceptum, ex universis praedictis Euphemiae pecuniis sanctae Sophiae monasterio integrum constituimus, et firmavimus: necnon et terram in Apulia ad sanctum Felicem ad Struxianum super viam, quam abbas monasterii sancti Joannis de porta aurea tenebat, contra rationem, quia ad servos nostros pertinuit, et dum comprobatum fuisset, ipsam aram integrum recipere jussimus; et quia ad nostram pertinuit potestatem, praedicto sanctae Sophiae monasterio integrum concessimus potestatem possidendum. Sed et offertionem, quam in supradictae sanctae Sophiae monasterio Roderisius filius Rodichis habitatoris civitatis nostrae consentiente nostra potestate obtulit, servandum testimonium offertionis, firmavimus perfruendam. Nec non et casam in Papiano super Trane, quae fuit de servis palatii nostri, quam Joannes notarius per praeceptum falsum possidebat, unde legibus ad nostram devenit potestatem. Nostra quoque potestate largiti sumus in eodem loco casas sex, quae reguntur per Gaderisium cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus: casam quae regitur per Creolaldum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus; casam quae regitur per Anseranum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus: casam quae regitur per Pertulum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus: casam quae regitur per Tantecaudum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus: casam quae regitur per Firmium, singuli cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus, quae frater de judicaria canosina de subauctione Roderisii gastaldo nostro. Sed et substantiam Teusprandi, et Joannis, et Frosolghi nostram propter furtum solidorum sex nullium, quos nobis furati sunt; unde non plus quam quatuor millia recollegimus solidos, et res eorum omnes legibus ad nostram pervenerunt potestatem: nostra vero potestas ipsum locum intra sanctae Sophiae monasterium concessit possidendum: nec non et in Castraldo Bisernensi concessimus Cortisanos, hi sunt cum uxoribus suis, et omnibus sibi pertinentibus: sed et unam sororem Indari.

Hos autem cum integra portione eorum sanctae Sophiae monasterio concessimus possidendum.

Item, et in eodem gastaldo concessimus baccarios: hi sunt Grauso cum uxore, et filiis, sed et nepotes, omniaque eorum pertinentia: nec non et Syndonem cum uxore, et filiis suis; sed et Baccas, qui fuit servus Rimichi, et de germano qui carpentarii nostri. Sed et corteim ad sanctum Stephanum inter flumina, qui fuit Andoali Canosini, qui nobili Perachino omnes res suas tradidit: locum igitur istum sanctae Sophiae concessimus possidendum: sed et ecclesiam sancti Adjutorii in sancta Agatha in Iubibus limataam sanctae Sophiae monasterio integrum

A obtulit; nostra vero potestate secundum testimonium offertionis sanctae Sophie semper firmavimus perfruendam: necnon et substantiam Cruariperti, quam et ipsi sanctae Sophiae monasterio integrum per omnia obtulit; ideoque nostra facultas omnem substantiam secundum textum offertionis monasterio sanctae Sophiae confirmavit possidendum: sed et substantiam majoris filii Drabunii, qui et ipse similiter sanctae Sophiae monasterio omnes res suas obtulit: nostra vero potestas sublimata, substantiam secundum textum offertionis in eodem monasterio firmavit possidenda: sed et substantiam Peregrinæ alias Theuersterti, quam secum cum omnibus rebus sibi pertinentibus, mobilibus et immobilibus, sanctae Sophiae monasterio divina contemplata manu obtulit fideliiter; nostra vero potestas omnia quae ad eandem Peregrinæ substantiam pertinent sanctae Sophiae monasterio firmavit possidenda: nec non in Salerno ad sanctum Salvatorem erga ipsum lacum, largiti sumus territorium, hoc est media quinquaginta: sed et in Gualdo in fine confina, loco qui vocatur Ad monumenta, cum integris finibus suis sanctae Sophiae monasterio concessi perfruenda: necnon et concessi sanctae Sophiae condomas nomine Allerisii cum uxore, et germanis suis, et filiis, et filiis suis, vel omnia eorum quae balnii in catula teneri Crastaldo: necnon et servos, seu ancillas, necnon et vineas, et territoria, quantum manchalus presbyter in ecclesia sancti Petri ad aquam sanctam lavare visus est ad nostram potestatem pertinentia: unde et omnia, in et omnibus sanctae Sophiae monasterio concessimus possidenda: sed et ecclesiam sancti Stephani in galo nostro equidem monasterio sanctae Sophiae concessimus possidenda: necnon et curtem, quam Rimetus abbas sine precepto concessionis palatii tenuit, et ad nostram legibus pertinet potestatem: nostra vero potestas omnia in integrum sanctae Sophiae monasterio concessit possidenda: sed et ecclesiam sancti Marcelli, loco qui dicitur in Indilombato, qui ad nostram pertinuit potestatem: nostra quoque potestas in integrum praedicto monasterio sanctae Sophiae concessit possidenda. Sed et substantiam Thajarsi notarii, qui pro multis chartulis falsis est condemnatus, et insuper extra provinciam, id est in Neapolim fugitus est; unde legibus omnis substantia ad nostram pertinuit potestatem, quam integrum monasterio sanctae Sophiae concessimus possidendum. Concessimus et praedicto monasterio sanctae Sophiae corvam, quae videtur esse in campo Senerunis, quam Arotarii filia comparavit, secundum textum chartulæ, integrum sanctae Sophiae monasterio concessimus possidenda: et insuper in eodem monasterio largiti sumus in praedicto loco de galo nostro in longitudinem millaria tria, in latitudinem unum, quae fuit de subauctione Faroldi mare. Sed et corvam ad Pontem Bianum, quam comparavimus a Joanne filio Ursi, juxta textum chartulæ omnia in integrum monasterio sanctae Sophiae concessimus possidenda: necnon omnia quae comparavimus ab Ilprando filio

Alerissi, servos, et ancillas, casas, et vineas, terri-  
toria, campos, et sylvas, prata, mobilia, et immo-  
bilia in partibus Lucaniae, secundum textum char-  
tulae integrum monasterio sanctae Sophiae concessi-  
mus possidendum : sed et quod comparavimus in  
Ponticello casas cum curtibus suis de Egypto fluvius  
quidam qui est inter duas vias, una quæ tendit ad  
sanctum Valentimum, altera ad sanctum Marcum per  
hos fines de capite finis usque ad res sanctæ Sophie  
de fine in ipso rivo, integrum monasterio sanctæ So-  
phie concessimus possidendum; necnon et Gualdum  
in monte Virgineo, qui pertinuit ad Lucceratum cum  
integro fine suo, omnia monasteria sanctæ Sophie  
donavimus possidenda : sed et substantiam Calendini  
Cortisani nostri, qui habitare visus fuit in Uriniano,  
omnia integra insuper, et in nominato loco qualiter  
ad nostræ potestatis manum devenit, monasterio sanc-  
tae Sophie concessimus persuenda : necnon et ca-  
sas intra Beneventanam civitatem; sed et casales  
ejus, quos Grauso notarius per suæ offertionis chartu-  
lam, integrum, et cum duobus servis Pitulo, et  
Mauro cum uxoribus, et filiis suis sanctæ Sophie  
monasterio obtulit; nostra vero potestas secundum  
textum offertionis chartulae, integrum praedicto mo-  
nasterio firmavit possidendum : necnon et in Iliarino  
casas de Caballariis, cum caballis, et stadiariis; hæ-  
sunt : casa quæ regitur per Ursum cum uxore, et  
filiis suis, et omnibus sibi pertinentibus; casa quæ  
regitur per Lupum, et Fuscillum germanos cum uxo-  
ribus, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus : casa  
quæ regitur per Vitoaldum cum uxore, et filiis, et  
omnibus sibi pertinentibus; casa, quæ regitur per  
Joannem cum uxore, et filiis, et omnibus sibi per-  
tinentibus : casa quæ regitur per In-talum, et Gandis-  
sum germanos, cum uxore, et filiis, et omnibus sibi  
pertinentibus : secundum qualiter hæc omnia pascua,  
clausaria, sylvas, vineas, prata, campos, mobilia, et  
immobilia, quantum ipsi servi possidere visi sunt,  
et ad nostram potestatem pertinuerunt, omnia inte-  
gra monasterio sanctæ Sophie concessimus possi-  
denda : necnon et casas duas, quæ reguntur cum  
uxore, et filiis suis. Et olivetum, seu vineas, in loco  
qui dicitur Sessa, quæ fuerunt Godesfridi notarii, quæ  
propter multas chartulas falsas legibus perdidit, et  
ad nostram devenere potestatem : nostra vero po-  
testas, omnia, et in omnibus, quantum in ipso loco  
habere visus est nominatus Godesfridus, monasterio  
santæ Sophie donavit possidenda. Necnon casam,  
quam Rodemundus illicite tenuit cum nepotibus suis,  
loco qui dicitur Peretola, et legibus ad nostram per-  
tinuit potestatem, quam casam integrum sanctæ So-  
phie monasterio concessimus possidendum. Sed et  
ecclesiam sancti Laurentii, quam Tiroaldus mona-  
chus ædificavit, loco qui dicitur Tenetentum, ubi et  
se, et uxorem suam nomine Gesuara, et filium suum  
nomine Stephanum monasticæ tradidit conversationi;  
postea vero, et ecclesiam, et omnes facultates suas  
ad scipsum, et uxorem suam, et filium suum mona-  
steriu sanctæ Sophie obtulit; nostra vero potestas,

A omnia, et in omnibus, mobilia, et immobilia, se-  
cundum textum offertionis prædictæ sanctæ Sophie  
monasterio firmavit possidenda. Concessi sanctæ So-  
phie monasterio possidendum Corvem in Lucania  
loco qui dicitur Quatra ad condomas duodecim, quæ  
hæc sunt : casa quæ regitur per Fuseum cum uxore,  
et filiis, et omnibus sibi pertinentibus : casa quæ  
regitur per Pelagionem cum uxore, et filiis, et om-  
nibus sibi pertinentibus : casa, quæ regitur per Mar-  
rinum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinenti-  
bus : casa quæ regitur per Gutaulum cum uxore,  
et filiis, et omnibus sibi pertinentibus : casa quæ  
regitur per Fermotum cum uxore, et filiis, et omni-  
bus sibi pertinentibus : casa quæ regitur per Bonitum  
cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus :  
casa quæ regitur per Marcum cum uxore, et filiis, et  
omnibus sibi pertinentibus : casa quæ regitur per  
Populum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi perti-  
nentibus : casa quæ regitur per Brutum, cum uxore,  
et filiis, et omnibus sibi pertinentibus in eodem loco  
cum integris aliis, monasterio sanctæ Sophie con-  
cessimus possidenda, quæ fuerunt de subactione Cra-  
mèdarii referendarii nostri; sed et Corvem in fine  
cum Consina loco qui dicitur Ad monumentum, et  
condomam; duodecim casas, quæ reguntur per Ur-  
sum, et Lupualdum germanos cum uxore, et filiis,  
et omnibus sibi pertinentibus; casam quæ regitur per  
Ancellum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi per-  
tinentibus; casam quæ regitur per Malonem cum  
uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus; casam  
quæ regitur per Gaudiosum cum uxore, et filiis, et  
omnibus sibi pertinentibus : casam quæ regitur per  
Fuseum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi perti-  
nentibus; casam quæ regitur per Theospertum, et  
per Coalum, cum uxore, et filiis, et omnibus sibi  
pertinentibus; casam quæ regitur per Catullum cum  
uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus; casam  
quæ regitur per Gutulum cum uxore, et filiis, et  
omnibus sibi pertinentibus; casam quæ regitur per  
Albinum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi per-  
tinentibus, quæ fuerunt de subactione Ursi gastraldi  
nostri : necnon Corvam in Lucceria, loco qui dicitur  
Aquilone in territorio Cerboli servi nostri, et condo-  
mas tres ibidem permanentes, hoc est, casam quæ  
regitur per Teroaldum cum uxore, et filiis, et omni-  
bus sibi pertinentibus; casam quæ regitur per Fer-  
randum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi perti-  
nentibus; casam quæ regitur per Pepinum, cum  
uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus, de  
subactione Gastari trasaldi nostri. Sed in Siponto  
condomas tres, loco qui dicitur Sapesso : casam  
quæ regitur per Andifusum, cum uxore, et filiis, et  
omnibus eorum pertinentiis : casam quæ regitur per  
Andualdum cum uxore, et filiis, et omnibus sibi per-  
tinentibus; casam, quæ regitur per Malonem, cum  
uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus, quæ  
fuerunt de subactione Emerissi gastaldi nostri : nec-  
non et in Salerno piscatorias, casas duas, id est,  
casam quæ regitur per Malerinum cum uxore, et

Biiis, et omnibus sibi pertinentibus; casam quae regitur per Radichisum cum uxore, et illis, et omnibus sibi pertinentibus. Et lacum ad piscandum integrum, loco qui dicitur Ad sanctum Salvatorem, sed et ipsas casas duas ad salem laborandum, id est, casam quae regitur per Sircam cum uxore, et liberis, et omnibus sibi pertinentibus: necnon et in Viviamo condonam unam, nomine Lumchis cum uxore, et filiis, et omnibus sibi pertinentibus, quos Stephanus Sarto per praeceptum falsum liberavit, et res abstulit, sed et legibus, et ipsi et res eorum ad nostram devenerunt potestatem: nostra vero potestas nominatas condonas monasterio sancte Sophiae concessit perfruendas; necnon et ex galo nostro largiti sumus praedicto sanctae Sophiae monasterio aliqua facienda annualiter in eo loco, in quo commoditas fuerit ad nominata ligna adstrahenda: sed et porticum ex lignis per singulas portas civitatis nostrae Beneventanae, id est, de porta Turrea de lignis carra quinquaginta; de porta Rufini carra triginta: hæc omnia monasterio sancte Sophiae concessimus possidenda. Necnon et Sili, quem cum ex mercatu sancti Valentini integrum secuti, et ad nostram potestatem pervenire visum fuit, ita sanctae Sophiae monasterio concessimus exigendum: sed et annualiter de sacro nostro Palatio ad cardum eidem monasterio concessi porcos capita centum. Concessimus, etiam dicto sancte Sophiae monasterio, ut habeat ex sacro nostro palatio annualiter aureos solidos ducentos pro vestitu comparando, et illa quæ opus fuerint; necnon etiam et hos statuere vici sumus, ut nostra concessio sit firma nominato monasterio; et insuper concessimus praedicto monasterio ipsum terminum intus portam suminam cum aqua, et fistula pro ipso balneo in eodem monasterio, id est de porta Liscardi de lignis carra viginti, et ibidem casam cum parietibus suis. Ille omnia sicut supra legitur concessimus possidenda praedicto monasterio sancte Sophiae possidere semper. Necnon etiam et hoc concessimus praefato monasterio omnia territoria et fundamentis pertinentia nostro sacro palatio, quæ cum terris pertinentibus fuerint conjuncta, tam in finibus Beneventi, quam in Apulia, et ubique res ex fundamentis saeri nostri palati pertinentibus, et in finibus Capuae, et Alianæ finibus, et in aliis civitatibus et castellis, et omnia quæ fuerint conjuncta cum rebus ejusdem monasterii, dono eidem monasterio sancte Sophiae illa concessimus possidenda: sed et ecclesiam sanctæ Mariæ, quæ sita est intra duas vias ante portam summain cum propria terra sua, quæ dicitur Dominica per horum fines de capite usque ad ipsam ecclesiam habet passus sederim de uno latere via, et de alio latere quoque via integrum monasterio sancte Sophiae concessimus possidendum: necnon, et ecclesiam sancti Martini, quæ in Matulo sita est cum omnibus suis redditibus, monasterio sancte Sophiae concessimus: sed et ipsam curtem nostram, præta, in loco qui Pazzano dicitur, cum ipsa ecclesia sancti

A Petri, et ipso Monte cum ipso piano, et ipsa ferrara; hæc omnia sanctæ Sophiae monasterio possidenda concessimus. Necnon et ipsam ecclesiam sanctæ Mariæ in finibus Janiebus, loco qui dicitur Genuianus cum omnibus suis pertinentiis, monasterio sanctæ Sophiae dedimus possidenda. Sed et ecclesiam Beati archangeli Michaelis, quæ fundata est in galo nostro, terra modiorum centum erga ipsam ecclesiam, ubi Dacoaldus venerabilis abbas servire videtur; quæ fuit sub actione Ferdolphi gastaldi nostri, secundo de ecclesia sancti Mercurii in galo nostro, hæc omnia sanctæ Sophiae monasterio concessimus possidenda, quod præceptum oblationis ex jussione ac dictatu nostræ potestatis scripsi ego Entaldus notarius.

Actum Beneventi in felicissimo palatio, anno decimo septimo mense Novemb. indictione xiii feliciter.

*Donationes factæ monasterio Pistoriensi sancti Bartholomæi (ab anno 748 ad annum 784.)*

(Ex Zacharia. Auctodota medii ævi.)

### I.

Exemplar. In nomine Domini die octavo mense Septembris regnante domino Rachis vir excellentissimus regem anno quarto per indictione secunda. Feliciter... Ratpertus quandam filius quandam Guilchisi sperare in me divina potentia, dum complexus rejacere in infirmitate, sine fine ubi fures non effundunt, nec furantur, ut illa voce audire merear, quam Dominus noster Jesus Christus, ac redemptor omnium in se creditibus promittere dignatus est, Venite, benedicti Patris, percipite regnum quod robis paratum est ab origine mundi, et iterum animonuit dicens<sup>a</sup>; filius masculus previdi mihi in proprio meo edificare ecclesia monasterio beatissimorum sancti Petri, et Pauli, atque Anastasii, et invi me vel anima mea commendare, atque offerri mediatale de omnem parvitate pecuniam vel adquisitum meum, quod nunc presenti die avere, et tuero tam case avitacionis meæ, quam et casæ masericordie, seu casa lia, vinea, terra, pratæ, pascuis, silvis, selectis, stationibus, cultuim, atque in cultum, movilem, vel immobilem, seseque moventibus omnia, et in omnibus ad ipsum sanctum, et venerabile locum offerri, et condonare previdi, seu et ostruenda, qui ueste monastica induita esse videtur. In eum vero tenore, ut si jam dicta filia mea voluere cum genitrice mea Munita, atque coniuge mea Persedrada, seu germana mea Ratpera in ipsum monasterio meo deservire in nodochio [lege xenodochio] egenos vel pauperes recipiendum, et clemosinam tribuendum, et gubernandum per ebdomata una pauperes vel peregrinas alimas, et una cum dominico abbate rectore, quem inibi ordinare previdi; omnia, ut dixi, in sua habeat potestate regendum, clemosinam tribuendum, de quibus inibi dominus condonare dignatus fuerit et pro anima mea gravata ponderibus peccatis meis die noctuque omnipotentem Dominum, et ejusdem omnipotenti Domini genitricem Maria, vel beatissimi

<sup>a</sup> Forte hic lineam omisit dormitans notarius.

